

# R E R V M M V S I C A R V M

OPVS CVLVM RARVM AC IN-

signe, totius eius negotii rationem mira in-  
dustria & breuitate complectens, iam  
recens publicatum. I O A N.

FROSCHIO,

Autore,



# Q V AE I N T V S

C O N T I N E T V R .

Musicæ prima rudimenta, ab ipso Numero, eius origine, ac uariis speciebus exorsa.

De perfectione, meritisq; numerorum, de proportione & proportionalitate earumq; speciebus,

De numeris & proportionibus harmonicis, de ratione harmoniarum, & fidium harmonicarum numero & ordine, Item & de symphoniarum numero & speciebus,

Diuisio totius monochordi in genere diatonico, adiecta singularum minutiarum demonstratione, per singula theorematum interim explicata.

De trium generum canendi distinctione, trium chordarū collatione ob oculos luculenter posita.

De modis Musicis, & eorum differentia & speciebus, Insuper & de signis & mensuris Musicis, iuxta Canonices rationem.

Gnomon, & cetera ratio, condendarum cantionum obiter præpositus.

Adiecti sunt periclitationis & exempli gratia, cantus aliquot, haud omnino inameni.

IN MVSICALE S MINVTIAS

Ioannis Froschii

MELCHIOR CVMANVS.

Si tibi sunt Musæ meliores optime cordi,  
Heus puer aeccde, hunc uolue, reuolue librum,  
Non hic illecebris locus est, sed seria aguntur,  
Que non liuor edax rodere dente queat.  
Namque uiam munit, reliquos quo possis adire.  
Et resonare lyram, nablia, plec tra, chelyn.  
Autori grates igitur persoluere debes,  
Commoda qui spectas hinc fore magna tibi.

E I V S D E M D I S T I C H O N .

Huc propera studiose puer, cui discere curæ est  
Odas quas breuis hæc en tibi charta refert  
Amor docet Musicam.

A V T O R A D S V V M I P S I V S L I B R U M .

Vade age parue liber, facilemque parato iuuentæ.  
Ad reliquos aditum, qui grauiora docent.  
Premonstresq; uiam, numeris discrimina uocum  
Singula qua constent, commata, semitonos.  
Et genus id certa ratione minuta secare  
Instrue, namque opus est artis & ingenii.



3

# ILLVSTR IDOMINO DOMINO GEORGIO

Comiti in VVirttenberga & in Montebeligardo &c. Domino suo cle-  
mētissimo, & in primis obseruandissimo IOANNES FRO.

SCHIVS, sese commendat.

Miraberis forsan illustris pariter atq; Clarissime Comes, quid ego hac ætate  
mea, nempè in limine senectæ, nenias illas Musicas offuderim Claritudini  
tuæ: at mirari desines, ubi re ultiro citroq; cognita, tute de me pronuncies. Siquidé  
hoc effice mens erat, ut iuuentutem rerum notitia instituendam, hac etiam, qua  
possem, parte iuuarem. Nam nulla disciplina est, quæ non olim usui futura sit ado-  
lescentibus, uel poæticen uel oratoriæ professuris, tantum abest ut Musicam, om-  
nium disciplinarum imitaticem, ignorent. Præterea non sum ueritus, Musicales  
hasce minutias, amicis quibusdam hortantibus, p modo ac ratione huius discipli-  
næ tyrunculos docendæ descriptas, Claritudini tuæ dedicare. Qua quidem in re  
non opus erat eloquentia magnifica & picturata, sed potius Laconica breuitate,  
eaq; efficaci, quam nec tua Claritudo respuit. Nam nisi hac utamur, & Epitomes ra-  
tio, & puerorum profectus non stabunt: quandoquidem illa cupienti negotium  
dignè explicatum, crescat in immensum, nempè tot aut pluriū librorum opus, qd  
intus capita continentur. Proinde labor ille meus non sine sollicitudine adsumpt<sup>9</sup>  
utcumq; profuerit, hoc lubentius id negotii, neq; præter ætatis meæ decorū, suscæ-  
pi. Spero enim fore, ut inter legendū, amor Musicæ quemadmodū est inueteri  
prouerbio) sit docturus: tuq; minutias eiusmodi non modo clementer accepturus,  
uerum etiam calculum iisdem sis additur<sup>9</sup>, quando ipse pro tua Magnanimitate  
neminem bonarum literarū & artium studiosum nō complectaris, ac fauore pecu-  
liari foueas. Quamquam nequicquam uel eruditionis uel literarū mihi ipsi uendi-  
cem, sed tcelut anser inter olores, stridulum quid obstrepare non cesso. Scopus au-  
tem, quem hoc loci præfixum uelim, eo tendit maxime, quo pueri, degustatis hu-  
iusmodi minutiis, ad aliquantam numerorū & proportionum peritiam prouecti,  
tum si uidebitur, ad reliquos autores maiores & grauiores, celerius, & ceu compen-  
dio deducantur. Nam nihil hic proponif, & eis, quamuis tenuiter, ostenditur, qd  
non apud Aristoxenum, Plutarchum, Boætium & cæteros eleganter & adperte sit  
scriptum. Nihil, inquam, scitu indignum, quantum ad Musicam adtinet Instrumē-  
talem, in genere diatonico, hic precipitur, quod in numeris & quātitate linearum  
ipsius monochordi, pro puerorum captu, non sit satis demonstratum: id quod ue-  
rum esse probant, uel apotome, uel semitonia, uel commata, & id genus alia minu-  
tula ex ordine diuisa. Sed ne cuiquam mei ipsius tibicinē agere uidear, manum de  
tabula tollo, qualecumq; enim id uniuersum fuerit (quāquam sane perexiguum est)  
Claritudini tuæ potissimum nuncupare debui, quandoquidem & mihi olim ab I-  
lustrissimo

Iustissimo principe, fratre tuo, Domino V L R I G H O Duce V V irtenbergen.  
&c. clementissime foueri contigit, & alii Clarissimæ familiae tuæ Incliti heroes, in  
me puerum adhuc maioresq; meos benefici, & quamoptime de nobis meriti fuerūt  
quamobrem non dubitafim, quin hoc ipsum laboris mei pro tua

Maguanimitate boni consulas, meq; ames. Bene uale

Comes Clarissime, Argentorati, Idibus Septem-

bris, Anno Domini.

M. D. XXXII.

N D E X

INDEX EORVM, QVAE QVOT.

to quoq; capite continentur.

**C A P. I.** de Musicæ partitiōc

- Musica animi affectus moueri, & corpora morbis eripi, creditum.  
Musica à musis dicta.  
Musica mundana.  
Musica humana.  
Musica Christiana.  
Musica instrumentalis.

**C A P. II.** de numero & eius speciebus.

- Harmonia proportione constat.  
Proportio in numerositate consistit.  
Prima perfectio incorporalitatis in numeris.  
Numeri pleni dicti.  
Corpus non item plenum dicitur.  
Numerorum origo monas.  
Monadis merita.  
Numeri diffinitio & diuisio.  
Numerus par fœmina.  
Numerus impar mas.  
Numerus par duplex.  
Numerus par à suis partibus denominatus, triplex.  
Numerus par pariter par.  
Numerus par pariter impar.  
Numerus par impariter par.  
Numerus par à partium suarum suā denominatus, triplex.  
Numerus par superfluus.  
Numerus par diminutus.  
Numerus par perfectus.  
Numerus impar triplex.  
Numerus impar simplex.  
Numetus impar secundus & cōpositus.  
Numerus impar mediocris.  
Numeri contra se primi & incōpositi.  
Numeri communicantes.

**C A P. III** de numero, ut referatur ad alium.

- Numerus ad alium relatus duplex.  
Numerus æqualis non diuiditur.  
Numerus inæqualis duplex.  
Numer⁹ maioris inæqualitatis duplex.  
Numer⁹ maioris inæqualitatis simplex, triplex est.  
Numer⁹ maioris inæqualitatis multiplex.  
Numerus superparticularis.  
Numerus superpartiens.  
Numerus maioris inæqualitatis compositus, duplex.  
Numerus multiplex superparticularis.  
Numerus multiplex superpartiens.  
Numerus minoris inæqualitatis in eas species, in quas & ille maioris inæqualitatis diuiditur.

**C A P. IIII** de ratione perfectionis numerorum.

- Numerorum natura extrà corpus est sed nec nisi circà corpus adparet.  
Numeri propriè pleni.  
Numeri quomodo corpus efficiunt.  
Numerus octonarius solidus.  
Monas & paris & iparis numeri origo.  
Numeri à pari, & ab impari, corpus efficiunt.  
Numeri à pari & ab impari solidi.  
Dyas & eius merita.  
Ternarius & eius merita.  
Quaternarius & eius merita.  
Quinarius & eius merita.  
Separius & eius merita.  
Septenarius & eius merita.  
Oftonarius & eius merita.  
Nouenarius & eius merita.  
Denarius & eius merita.

## I N D E X.

- Vigintiseptem numerus solidus est.  
**C A P . V** de propoctione & proportionalitate.  
Proportionis diffinitio.  
Proportionalita quid.  
Proportionalitas triplex.  
Propotionalitas arithmeticæ.  
Propotionalitas Geometricæ.  
Proportionalitas harmonica.  
Proportiones quo pacto maiores & minores dicantur.  
**C A P . V I** de numeris & proportionibus harmonicis.  
Proportiones Musicæ duplices.  
Proportiones Musicæ harmonicæ.  
Proportiones musicæ geometricæ sunt.  
Harmonia diffinitio.  
Sonus quomodo fit.  
Sonus acutus qui fit.  
Sonus grauis qui fit.  
Harmonia non uno, & æquali sono, sed duorum, vel plurium fit permixta.  
Sex tantum sunt numeri, harmoniam conficientes.  
Numeris harmoniam conficientibus, septimus ille sextuplus merito adnumeratur.  
Epitritus numerus.  
Hemiolius numerus.  
Duplaris numerus.  
Triplaris numerus.  
Quadruplus numerus.  
Sextuplus numerus.  
Epogdous numerus.  
**C A P . VII** de ratione harmoniarum.  
Numeri illi sex harmoniam quare soli confiantur.  
De animæ mundanæ fabricatiōe ex M. Tonus quomodo fit. (crobio.)  
Semitonium qui sit.  
Semitonium pithagoricis diesis, Platonis limma dicitur.  
Tonus & semitonium symphoniarum interualla metiuntur.  
Tonus & semitonium tropis uires mouendi animi tribuunt.  
Interualla syderum errantium proportionibus harmonicis distant.  
Syderum siue planetarum adspectus, portiōib⁹ harmonicis perficiuntur.  
**C A P . VIII** de fidū numero & ordine.  
Monochordū diuisum rudiū & apertius harmonias docet.  
Musica instrumentalis est generis diatoniæ.  
Musica mundana generi diatonico adscribitur.  
Fides Musicæ & earum ordo.  
Fides primum tantum quatuor.  
Fides secundò, septem numero facta, & factum est heptachordum.  
A diecto alio heptachordo facta est cithara chordarum quatuordecim.  
A diecta proslambanómenos, facta est quintadecima chorda.  
Synemenos tetrachorda priora coniungens sextam decimam dedit.  
Chordarum nomina.  
**C A P . VIII**. de diuisiōe monochordi.  
Monochordi diuisiō artificibus instrumentorum utilis.  
Linea diuisa chordam representat.  
Inter diuidendum, primum limites quatuor tetrachordorum designantur.  
Deinde implentur tetrachordorum huiusmodi limites.  
Tetrachordogē huiusmodi q̄tuor cōiunctio, & quinti tetrachordi cōstitutio.  
Fides septē ultra quindecim antiquas adiecit. Penta-

I N D E X.

- Pentachorda sunt necessaria,  
Ratio numerositatis multiplicatiōem  
non respuit.
- Vox hominis uix unquā ad dis diapa-  
son intenditur.
- Ad tris dia pason usque progredi licet  
in choro recentiorum,
- C A P , X , de symphoniarum numero,**  
& speciebus,
- Antiquitas symphonias tantum quin-  
que tradidit,
- Recentiores Musici, plures antiquita-  
tis symphonii, adfignant.
- S y m p h o n i e , preter greca nomia , habet  
latinæ nouata uocabula ,
- Consonatiæ, siue symphoniae duplices ,
- Consonantiae perfecte que s
- Causa, quare antiquitas quinq; tantum  
symphonias agnoverit?
- Consonantiae perfecte numero sex ,
- Consonantiae imperfecte que s
- Consonantiae imperfecte , aut maiores ,  
aut minores sunt ,
- Consonantiae enumerantur.
- C A . XI , de monochordi , & fidium de-**  
scriptiōe, cū numerorū applicatiōe ,
- Chordæ diuise adiiciuntur litere in pū-  
atis sectionis
- Literis adiiciuntur numeri .
- Numeri q̄re in hmōi quantitate adiecti .
- Consonantiae chordæ inscripere .
- Duplex numerus neruis fidium inscri-  
ptus .
- Tetrachordum Mercurii .
- Superior nūerus indicat , quoq; queq;  
ordine adiecta sit chorda .
- Inferior numerus ordinem chordarum  
modernū, utcūque adiectarū demō-
- Chordæ recentiorū nō habent ( strat .  
numeris inscriptos .
- Quinque tetrachorda inscripta ,
- Tetrachorda omnia decem & septē alio  
quin sunt .
- C A . XII . de tribus melodiæ generib⁹ .**
- Melodiæ genera tria , quorū duo : tertiu  
scilicet & medium , ab usu canendi re  
cesserunt ,
- Monochordi portio per tria genera ca  
nendi diuiditur .
- Diuisio monochordi in tetrachordo hi  
perbolæon ,
- Diuisio in tetrachordo diezeugmenon ,
- Diuisio in tetrachordo synémenon ,
- Numerorum applicatio diuisioni in te  
trachordo hyperbolæon ,
- Numerorū applicatio in tetrachordo  
diezeugmenon .
- Numerorū applicatio in tetrachordo  
synémenon .
- Diuisurus totum monochordū , hahet  
hoc loci exemplar .
- Causa , quare melodiæ genera duo sunt  
reiecta .
- C A P . XIII . quedam theoremat a pro  
ponuntur .**
- Diateffaron & diapente coniuncte , dia  
pason constituūt , id quod alias sic ef  
fertur , primi superparticulares duo  
coniuncti , primū multiplicitē efficiūt
- Primus multiplex , primo superparticu  
lari coniunctus , diapason cum diapen  
te efficit ,
- Triple , si secundum superparticularem  
adieceris , dis dia pason procedet .
- Diapason consonantia optima .
- Ratio conlocandi consonantias .
- Omne tetrachordum in sesquitertia , &  
omne pētachordum in sesquialtera  
proportionē habet .
- Tonus in duo equalia diuidi nō potest .
- Semitonii minoris demonstratio .

Dià tessaron

## INDEX

- Dia tessaron duob<sup>9</sup> tonis, & semitonio,  
dia pente trib<sup>9</sup> tonis, & semitio cōstat,  
Semitonium maius apotome dicitur.  
Causa, qua re apotome inter canendi  
modos non recipitur.
- Dia pason tonis sex minor, & quinque  
maior est.
- Dia pason quinq<sup>9</sup> tonis, & duobus semī  
toniis constat.
- Prædictorum demonstratio per portio  
nis monochordi sectionem, & nume  
rorum adapplicationem.
- Diuisurus monochordum totum, reli  
quam portionem instar præcedētis  
diuidat.
- Sex toni dia pason commate superant.  
Comma in numeris quid sit.
- Dia pason interualla septem habet.
- Dia pente iam tonis tribus, & semitonio,  
dia tessarō tonis duobus, & semitonio  
minori constant.
- Semitonium minus, & apotome tonū  
constitunnt.
- Semitonium commatibus tribus maius  
est, minus uero quatuor.
- A potome commatibus quatuor maior  
est minor quinque.
- Tonus commatibus octo maior est, mi  
nor uero nouem.
- Cōmate sublato de apotome, semitonii  
minus relinquitur
- Dieses quomodo constent?
- Ca. XIII. de connectende cantiōis  
modis & tropis.
- Consonātie in utroq<sup>9</sup> termino existunt  
Modi cōnectendae cantiōis describunt  
Non statim modus est, ubi cōsonantia.  
neq<sup>9</sup> consonantia ubi modus est,
- Dia pason modis in uno termino<sup>9</sup> du  
in altero simpli rationē habet (pli.  
neq<sup>9</sup> in utroq<sup>9</sup> termino<sup>9</sup> consistit.
- Modi connectendi nouem sunt.
- Tropi siue toni octo sunt.  
Tonis a gentibus indita sunt nomina,  
Argumētum, tonorum designationes,  
mutatas esse.
- Singuli toni singulos modes  
peculiares habent,
- Tonorum nomina hodie numero & or  
dine priscis aptantur nominibus.
- Toni sunt duplices, uel autenti, uel pla  
gales.
- Tonorum metæ ac pomeria,
- Tonorum Autentorū modi peculiares,  
sunt maiores, plagiāliū uero miores.
- Finales fides tonorum quatuor sunt.
- Ad finales tonorum fides tres sunt.
- Initiarie fides tonorum enumerantur.
- Tenores tonorum peculiares non igno  
randi.
- Adfectus quibus toni plerumque mo  
uere solent.
- Ca. XV. de notulis Musicis, lineis  
& spatiis.
- Recētiores Musici lineas & spacia, mu  
tuati uidentur a ueteribus.
- In lineis quinq<sup>9</sup> iacentibus, & eorū spa  
ciis, omnis cantus describitur.
- Fides signate enumerantur,
- Nisi, b, trites synēmenon non signetur,  
semper, b, parameſes canitur,
- Notule Musicae Geometriæ pares sunt,  
nempe Canonices.
- Canonices species tres sunt.
- Metrica, prima canonices pars.
- Rithmos secunda.
- Melos tertia.
- De notulis conligatis.
- CaP. XVI, de signis & mensuris  
Musicis.
- Notularum mensura duplex.
- Notularum mensura perfecta.
- Notularum mensura imperfecta,
- Mensura

## INDEX

- Mēsura aut æqualitatis est, aut inæqualitatis.  
Mēsura æqualitatis triplex est.  
Modus nempe, Tempus, & prolationis.  
Modus duplex est, maior & minor,  
Modus maior duplex.  
Modus maior perfectus.  
Modus maior imperfectus.  
Modus minor duplex.  
Modus minor perfectus.  
Modus minor imperfectus.  
Tempus duplex est.  
Tempus perfectum,  
Tempus imperfectum.  
Quicunque cantio suos quoq; habet modū, tempus, & prolationem,  
Prolatio duplex est.  
Prolatio perfecta quæ?  
Prolatio perfecta nō recipit diminutionem.  
Prolatio imperfecta quæ?  
Prolatio imperfecta maior.  
Prolatio imperfecta minor.  
**C A. X V I I . de signis inæqualitatis.**  
Sex tantū numeri Musicam cōficientes repetuntur,  
Sesquioctauus nullā mensurā præbet.  
Mensura non qualibet proportiōe, qua consonantia constat.  
Proportiones inæqualitatis in mēsura tantum quinque,  
De proportione dupla & quadruplicata.  
Proportiōes, dupla, & quadruplicata, im-
- ginariæ, uerius quā geometricæ sunt.  
De reliquis tribus mēsure Proportionibus.  
Proportio tripla.  
Proportio sesquialtera.  
Proportio sesquitertia,  
**C A P. X V I I I . de punctis, pausis, ac perfectione, & imperfectione.**  
Punctum trifariam diuiditur.  
Punctum diuisionis.  
Punctum alterationis.  
Punctum perfectionis siue additionis.  
Pausa quid?  
Pausa silentii modus.  
De imperfectione notarum.  
De perfectione siue additione notarū.  
**C A P. X I X . de ratione componendi.**  
Omnis cantus in consonantiis perfectis & inchoetur, & finiatur.  
Due perfecte consonantie, in cantione, mutuo sese non succedant.  
Causa, quare due perfectæ se mutuo succedere non possint.  
De uocū cōmissuris in medio cantōis,  
De cōmissura syncopata.  
Tritonos & auris, & ratio Musica abhorret.  
De commissura simplici,  
Cantus pausis rite distinguatur.  
De imitatione Authorum,  
De mimesi, & ceu fuga, imitanda,

## EX AVTORIBVS:

Aristoxeno, Aristotele, Plinio, Plutarcho, Ptolomeo,  
Aulo gellio, Macrobius, Boætio.

IOANNIS FROSCHII AVTORIS

Præfatio ad Lectorem

**E**T S I cuiquam (Lector amice) ad hoc, quod ex me audire desiderat, mi-nus fortè pro uoto respondeam, non est idcirco, quod is cogitet, me ni-hil muneris, rei literariæ, siue publici cōmodi causa subiturum, sed quia mihi ipsi conscius, nō ignorem, quam longe officio: quo ille fungi me putarit, mea tenuitas, meæ deniq; vires: quante sunt, non sufficient, illius præterea eum admoni-tum esse præstabat, exspectantē aliud præter id, quod excepturus est a me. Verum ne cuiquam prorsus uidear & μόνσος, atq; nec mihi nec aliis utilis natus, quāuis prouinciæ hoc loco suscepτæ iamdudum Colophonem addiderim, tamē & hanc far-raginē angustia libellari minutatim complexam, in utilitatē iuuentutis, & Musi-cæ studiorum, dare uolui, qua illos redderem certiores, uel de hoc è multis uno, quod de proportionibus harmonicis, & signis Musicis per me, qui iisdem sum non nunquam usus, cupiunt edoceri. Quod sane eo libentius effæci, quo magis hoc ipsū non ad fluxas mundi delicias abusuros, sed potius ad aliorum ædificationem eos collaturos sperabam, nempe ad psalmos & hymnos spiritales corde ac ore Domi-no canendos, & gratias agendas. quibus monitoriis, sicut & aliis, pro portione do-norum nobis collata, quādiu exules in hac uita agimus, in uicem opus habemus.

Sed neq; mea est sententia, ut neglectis aliis disciplinis, hic mihi puer uelut ad sco-pulos Syreneos per ætatem consenescat. neq; præterea mihi unquam fuit, nedum nunc est, ingenium aut cupido, cuiusmodi plerisq; solet esse, qui (ut ait ille) iniussi non desistunt, quin ad rauim usq; canentes, auditorum aures occallescere faciant sed ut illis ad sobrietatem degustatis, modum faciant, & cetera, quæ honesta sunt & utilia studia se fent. Nam & Musica, si uel Boætio uel Augustino credimus (quāuis hic magis pedum rithmos, ille nero harmoniam uerius est prosequutus) nō mo-do, sicut cætere Matheſeos disciplinæ, speculationi, sed & moralitati coniu-cta, bene modulandi scientia existit, ut que pudica, modesta, & sim-plex sit, mascula, nec effeminata, nec færa, nec uaria inter-canendum igitur tum artis, tum honestatis ratio est habenda, alioqui haud bene modula-beris. Bene uale.

# CAPVT PRIMVM

## MUSICÆ PARTITIONEM

paucis absoluit.

**I**A M V E R O T E L A M N O B I S  
(ut aiunt) exordientibus, non suppetet facultas, multa de Musices no-  
mine, aut ipsius apud gentes usu & efficacia, imōne de eius inuentoribus  
differuisse, quādoquidem id huius instituti breuitas ægrè accipit, & illi-  
us apud autores passim legenti fit copia, ut iucunditatis, ita & prolixita-  
tis nō nihil adferens. Literis enim proditum est, tantum ueteres tribuisse Musicæ,  
ut non solum animi affectus ea moueri arbitrarentur, sed & corpora morbis eripi  
crederent.

His autem, qui se Musatum sacris initiari gaudent, quis uetet Musicam à Musis  
denominari, quod huic, sui studiosum pro intellectus & memoriae uitibus oportet  
at incumbere. Identidem licebit & aliis pro suis ingenii cuiusq; ac studii modo ac  
ratione affectis, periclitando uel ostendendo gestientibus.

Neque operæ premium erit Musicen in species complureis distrahere: quamuis  
cuilibet liberum nō solum, sed & per me haud quaquam reiectum fuerit poenitus  
cum ueteribus philosophari.

Vt mundana Musica, totius & partium mundi, cœlestis scilicet ac elementa-  
ris harmoniam contempletur.

Vt humana Musica, corporis & animæ, ac huiuscmodi partium inter se pro-  
portiones confyderet. Dum interea minime neglectui habeatur cœlestis illa Mu-  
sica, quæ legis Diuinæ & eius finis Christi harmoniam cordetenus conferens, in ip-  
so Christo pro peccatis mundi mortuo, ac tum resurgentे, omnia omnino perfici  
ac reparari demonstrat. Quā uelit Deus benedictus in secula, ut per Christi uni-  
geniti filii sui domini nostri spiritum animo uerè cōcipiamus in salutē æternam.

Tandem hoc loci Musicam tractabimus instruimetalē, quæ uel naturalibus,  
uel artificialib; instrumentis exercetur, eamq; nimirū, quæ sonorum differen-  
tias harmonica ratione (ut dictum est) obseruat ac perpendit.

Quo uero breuitate tyroni placeamus, & per paucis verbis quām  
plurimum sententiae adferamus, & hunc sequen-  
tem typum de Musicæ partitione  
ne subiecimus.

Boæt. 1. ca. 1.

Plutarch. de Mtr.

Musica a musis  
dicta.

Mundana Muſi-  
ca Plin. 2. ca. 22.

Boæt. 1. 2.

Humana Musica  
Boæt. 1. C. 2.

Musica Christia

Boæt. 1. C. 2.

Musica instru-  
mentalís.  
Boæt. 1. C. 2.

A

Musica, quatenus à Musis, omnem eruditione inquireret & inter se in tu ocommunicantibus dicta, est uel,

Naturalis, quæ harmoniam & maioris & minoris mundi, nēpe hominis, numero sese mouétis deprehēdit. Ea est, aut.

Artificialis, siue instrumentalis, quæ sonorum aut uocū differentias sensu, rationeque certa perpendit. Id quod bifariam contingit, nēpe aut.

Mundana, quæ motibus cœlestibus inest deprehenditur ambitus nēpe referens harmonicos, & reintegritates, tum syderum adspicimus, trigono, tetragono, & hexagono constantes, qui numeris duplaribus, triplaribus, quadriplis, sesquialteris, & sesquitertiis sunt.

Humana, quæ trib⁹ animi partibus tres numeros, duplum, sesquialterū, & sesquitertiū edentibus constat, scilicet

Intellectu, sex hancē partes, imaginationem, scilicet memoriam, cogitationem, opinionem, rationē, & scientiam continent. Quæ omnes & mentis nomine ueniunt.

Sensu, quatuor hos edente, uisum, auditum, olfactum, & tactum: cui & gustus inest,

Adpctitu, qui tria hæc habet, auditum, fastigium & decrementum. Quæ oia sunt physicis obseruāda-

Geometrica ratione, ubi Musica sonorum & uocū differentias, ad Geometriæ principia, iuxta leuationē & depressōnem, aurium mensura examinat. Eiusmodi est Canonice cuius partes sunt,

Metrice quæ syllabārū quantitates, uicturas, & modos ad Geometriæ principia certo pedum numero ac lege, certoque fine claudit, exigitque. Eius partes sunt,

Dissyllabi quatuor.  
Trisyllabi bi octo.  
Quadrissyllabi sed decim  
Genera carminū centenario numero fermè comprehensa.

Rhythmus, qui necum longitudines & quantitates, ad arsim & thesim, certis quidem pedibus dinumerat, sed eius conexio libera perpetuitate protendit.

Melos, quod est modulatio cationis, arsim & thesim certo tropo, modisque peculiaribus disponens.

Harmonica ratione, ut quum illa sonorū differentias & consonantias sensu ac ratione harmoniaca expendit, de qua in presentiarum agimus. Ea autē constat,

Sono.  
Modo.  
Modulatione.  
Consonantia.

I O. F R O S C H I I.

C A P V T. I I. De numero, eius origine,  
& speciebus à suis ipsarum partibus  
denominatis.

**Q**V V M Vero sonorum harmonia, id est concinentia, quādam proportione, proportio autem in pluralitate & ēcu numerositate consistat, ut quae sit aliquotarum habitudo quantitatum, necesse est & harmoniam in numerositate persistere. Nam ut habet liber ille Sapientiae: Deus omnia in mensura, numero & pondere creavit.

Sapientiae. II.

Præterea, sicut Macrobius placet, cogitationi ad superos meanti, prima perfectio incorporalitatis occurrit in numeris. Etsi quidam numeri secundum aliquos modos infra subnotatos proprie perfecti sive pleni uocentur, communiter tamen omnes numeri pleni sunt, maxime ut incorporei. Haud itidem corpus plenum dixeris, quod quā sui sit impatiens effluendo, alieni est adpetens hauriédo.

Macrobius in som.  
lib. I.

Iam numerorū origo monas est, quae unitas dicitur, & mas idem & fœmina est, par idem atq; impar, ipse non numerus, sed fons & origo numerorū. Hæc monas rum origo. initium, finisq; omniū, ipsa principii ac finis nesciens, ad summū Deum refertur. Monadis merita Hæc ferè Macrobius.

Monas nūmero.  
rum origo.  
Monadis merita

Numerus ergo unitatum collectio est. Hic in seipso & suis partibus consideratus, in duo genera diuiditur, quorum utrumq; in species complureis distrahitur.

Numeri prima  
diuīsio.

Primum itaq; est par numerus, qui in duas partes æquales diuisibilis est, nulla unitate media, ut quatuor, diuiditur in duo & duo, unitate nulla mediante.

Is numerus ab Arithmeticis fœminæ, & matris adpellatione uocatur.

Numerus par fœ  
mina dictus.

Alterum genus est impar numerus, qui in duo æqualia diuidi non potest, quin unitas interueniat, ut quinq; in duo & duo diuiso, unitas intercedit. Hic mas uocat & patris adpellatione ueneratur. Vterq; subdiuiditur.

Numerus impar  
mas.  
Numeri paris  
species

Numeri paris species duæ sunt.

In primis est numer⁹ par pariter par, cui⁹ singulæ partes in singula duo paria diuidi possunt, quo usq; ad indiuisibilē unitatē redigantur, ut sexdecim in octo & octo, octo in quatuor & quatuor. Quatuor in duo & duo, duo in monadē & monadē.

Deindè est numerus par pariter impar, qui in duas partes, æquales quidem, sed ipsas impares diuisibilis est, ut decem in quinque & quinque.

Tandem est numerus par impariter par, cuius partes pares & aliquoties in binas æquales distrahuntur, sed huiusmodi subdiuīsio ad unitatem usq; non pertinet, ut uiginti quatuor in duodecim & duodecim. Duodecim in sex & sex. Sex in tria & tria, qui ambo numeri sunt impares.

Secundo Numerus par subinde iuxta partiū suarum summam consideratus, in tres quoq; formas deducitur.

Est enim numerus par superfluus, cuius partes aliquotæ simul sumptæ summā sui totius excedunt, ut duodecim, cuius aliquotæ sunt, sex, quatuor, tria, duo, & monas, quæ faciunt sexdecim.

## M V S I C A

Ab hoc est numerus par diminutus, cuius partes aliquotæ unà cōstitutæ summam sui totius non perficiunt; ut octo, cuius aliquotæ sunt, quatuor, duo & monas, quæ septem dumtaxat faciunt.

Demum est numerus par perfectus, cuius partes simul sumptæ summam suip̄i us ex æquo perficiunt, ut sex, cuius aliquotæ tria, duo & monas ipsum plene perficiunt. Huiusmodi sunt & uigintiocto: quadringenta nonaginta sex: & octies mille centum uiginti octo. Præter illos enim paucos, sed quotquot semper in digitum uel senarium uel octonarium terminatos inuenies, hoc modo uocatos perfectos.

Numeri imparis  
species.

Impar numerus in treis species diuiditur.

Est namq; numerus impar simplex, qui non habet partem aut numerum se metientem, præter unitatem, quæ à sua totius quantitate denominationem accipit: ut ternarius, à quo monas ipsius tertia denominatur. Is numerus & alia denominatione primus & incompositus dicitur.

Deinde est numerus impar compositus, qui præter unitatem aliud quoq; numerum habet se metientem, & constituentem, ut nouem, qui præter monaden habet etiam ternarium, qui ter sumptus ipsum nouenarium constituit. Quare alioqui secundus & compositus dicitur.


Postremo est numerus impar mediocris, cuiusmodi est nouenarius, qui per se quidem secund⁹ & compositus est, ad uigintiquinq; uero comparatus, uidetur esse primus & incompositus. Nam hi duo numéri nō habent numerum cōmunem, præter unitatem seipso metientem. Quamobrem & nouenarius est mediocris, ut qui per se certè secundus & incompositus, ad aliud uero uigintiquinq; comparatus, primus sit & incompositus.

Numeri contra  
se primi.

Vnde nunc liquet, numeros, quibus nulla, præter unitatem, pars est ipsos metiens, contra se primos & incompositos dici, ut tria & quatuor. Eos uero quos alia præter unitatem cōmunis pars metitur, communicantes uocari, c uiusmodi sunt, nouenarius & duodenarius, habentes communem ternarium.

Numeri commu  
nicantes.

Iam quo puero studioſo sit amœnior adſpectus eorum quæ hactenus digeffimus, & hunc typum hæc referentem subiunxi.



Caput iii.

## I O. F R O S C H I I.

## C A P V T    I I I.

De numero, ut refertur  
ad alium.

**Q**V A N Q V A M prælibata numeri dissecti nomenclatura, cuiq; ad presens de Musica institutum, minus seruire forte uideri possit, tamen iuuétutem tibi instituendam factis ante primis rudimentis, huius nesciam esse per me non licebat: quandoquidem proportio, qua constat harmonia, in numerositate (ut dictum est) consistit. Et ob id, quod nulla propor<sup>Sapient. II.</sup> tio potest esse nisi ad aliud, iam & eò loci adigimur, ut de numero ad alium comparato sit longius dispiciendum.

Omnis itaque numer<sup>9</sup>, qui refertur ad aliū, aut est alteri æqualis aut inæqualis. Qui autem numerus alteri æqualis fuerit, aliter certe se habere non potest, neq; subinde diuiditur.

Sed numerus inæqualis, sicut uel magis uel minus inæqualis est, ita in numeros aut maioris inæqualitatis, aut minoris inæqualitatis diuiditur.

Præterea Numerus maioris inæqualitatis, qui ad minorem se cui comparatur, bifariam diuisus est.

Nam quidam est maioris inæqualitatis numerus simplex, qui minorem se, <sup>Numeri maioris</sup> cui comparatur, aut ipsum plus quam semel, aut ipsum totum semel, & unam ipsius partem aliquotam, aut ipsum totum & aliquot plures eius partes continet. Hoc ut trifariam fieri contingit, ita illi<sup>9</sup> tres sunt species, nempe multiplex, superparticularis, & superpartiens.

Multiplex est, qui ad alium minorem se comparatus, ipsum totum non semel, sed aliquoties continet, ut potè bis, ter, quater, quinquies, decies &c. Vnde numeri denominantur, duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, decuplus &c.

Superparticularis est, qui ad alium minorem relatus, ipsum quidem totum semel, & ad hoc unam aliquotam illius partem continet: unde si aliqua fuerit cuiuspiam dimidium, numerus sesqualter, si tertia, numerus sesquitertius, si quarta, sesquiquartus denominabitur, & sic deinceps singuli. Obserues hoc loci duos primos superpartulares, nempe sesqualterum, & sesquitertium coniunctos, primū omnium multiplicē, duplum scilicet efficere, id quod in sequentibus ad perfectissimam harmoniarum inuestigandam conduceat.

Superpartiens est, qui ad alium minorem comparatus ipsum totum semel, insuper & plures aliquotas illius partes continet. Vnde si aliquotas duas, tres, uel quotquot reliquas contineat, ut si quindecim ad nouem retuleris, recte dicetur superbiparties tertias: quia nouenariū semel & duas illi<sup>9</sup> tertias tria, scilicet ac tria continet. Aut uigintiocto ad sexdecim supertripartiens quartas. Sicq; toties adeo iuxta numerum, & à nomine aliquotarum ipsius contenti denominabitur.

Deinde subest quidam numerus maioris inæqualitatis, ifq; compositus, qui minorem cui comparatur, plusquam semel, ad hoc quoq; uel unam ipsius aliquotā, uel plures ipsius aliquot partes continet.

## M V S I C A

Huius itaq; dux sunt species, una ex multiplici & superparticulari constans, altera ex multiplici & superpartiente conflata.

Multiplex superparticularis est, qui ad alium comparatus ipsum quidem plus quam semel unā cum aliquota sua ipsius parte continet. Vnde & nomen ex multiplici & superparticulari compositum recte obtinebit, ut quindecim ad sex, duplus sesquialter est, quia senarium bis, & ternarium semel alteram illius scilicet partem continet.

Multiplex superpartiens est, qui alium minorem aliquoties, & plus quam semel, unā cum multis aliquotis illius partibus continet.

Hinc & nomen illi ex multiplici & superpartiente conflatum constat: ut sex decimal ad septem, restē duplus superpartiens septimas nominatur, ob id quod septenarium bis, ac duas monades, septimas ipsius partes contineat.

Numeri minoris  
inæqualitatis.

Post hæc subit Numerus minoris inæqualitatis, qui quum ad maiorem se referatur, non potest non ea proportione ad eum se habere, qua ipse maior (ad quem relatus est) ad se habet. Quare in eas species, in quas & maioris inæqualitatis numerus distribuitur. Hoc uno admonito, quod singula singulorum numerorum nomina præpositione sub præposita, ueniunt nuncupanda. Ut restē dicas subduplus, subsesquialter, subsuperbipartiens tertias, subduplus sesquitertius, subtriplex superpartiens quartas, & sic de singulis.

Et huius quoq; sectionis typum amoenioris adspectus gratia adiecimus.

|                                 |  |  |
|---------------------------------|--|--|
| Maioris inæqualitatis, aut est, | Simplex,<br>& cest,                                  | Multiplex, ut duplus, triplus, &c.                                   |
|                                 |  | Superparticularis, ut sesquialter, sesquitertius, &c.                |
| Cōposit⁹,<br>& est,             | Superpartiens, ut superbipartiens tertias, &c.       | Multiplex superparticularis, ut duplus sesquialter, &c:              |
|                                 |  | Multiplex superpartiens, ut duplus superbipartiens tertias, &c.      |
| Numer⁹ inæqualis, aut est,      | Submultiplex, ut subduplus &c.                       | Submultiplex, ut subduplus &c.                                       |
|                                 |  | Superparticularis, ut subsesquialter, &c:                            |
| Minoris inæqualitatis, aut est, | Subsuperpartiens, ut subsuperbipartiens tertias, &c. | Submultiplex, ut subduplus &c.                                       |
|                                 |  | Cōposit⁹,<br>& est,  |
|                                 |  | Submultiplex superparticularis, ut subduplus sesquialter, &c.        |
|                                 |  | Submultiplex superpartiens, ut subduplex superbiparties tertias, &c. |

Cap. iiiii.

10

I O. F R O S C H I I .  
C A P V T      I I I I .  
De modo ac ratione per-  
fectionis numero-  
rum.

**N**VNC repetamus id quod paulò ante memini, de plenitudine numerorum nempè, omnes numeros communiter dici plenos ratione incorporalitatis, nō quòd pure & ad integrum corpore careant, sed quòd extra corpus earum natura sit, nec nisi circa corporis adpareat, unde eam non res sed intellectus separat. Propriè autem hi numeri pleni sunt, qui aut corpus efficiunt, aut efficiuntur, aut uim obtinent uinculum. Numerorum natura extra corporis est sed non nisi circa corpus adparet. Numeri proprii pleni. Numeros corporis efficiere quomodo accipiendum.

Numerus uero corpus efficere, aut effici, hoc modo accipias. Monas puncti locum apud Mathematicos obtinet, quæ duplicita lineæ ductum exprimit, nam & ipsa duobus punctis terminatur. Quatuor uero puncta aduersum se dupli ordine bina disposita, eis est à singulis punctis in singula lineis, quadri speciem prebent, hæc quatuor duplicita, & sibi superposita, octo efficiunt, & quoquo uersum singula similia quadra describunt. Nam uelut altitudine adepta, quinq; alias planicies prebendo cubum siue testaram, corpus efficiunt.

Hic Geometrica ratione octonarius solidus, & qui illum constituunt numeri pleni & perfecti sunt. Id quod non solum in his à pari generatis est cernere, sed & in illis ex impari prognatis secundum huiusmodi tres dimensiones efficitur.


Quum enim tam paris quam imparis numeri origo monas est, primus impar, à monade fluens ternarius quippe numerus linealis esto, hic æquali auctione triplicatus, nouenarius, ut cum linea superficiem facit. Nouenarius deinde æqualiter triplicatus uigintiseptem numerum solidum constituit, perinde ac superficies in altum duxit, solidum corpus efficit.

Vbi ergo hac ratione huiusmodi numerorum & parium & imparium contextus à monade æqualiter procedat, & resolutio ad monadem usq; æqualiter redeat, merito solidi uocantur. Qui ut ab eadem ex utraq; parte terni, hac pares, illac impares fluxerint, non modo in figura præ oculis posuimus, sed etiam singulorum merita & uinciendi vires ex autoribus neutiq; uulgari- bus conquistas subinde adiecimus.

Sequitur typus cum earundem Philosophia ac Mathematica ratione.

## M V S I C A

Dyas & eius me  
ritas.



Dyas itaq; id est dualitas, hoc habet mysterii,  
quod post unitate primus est numerus, primusq; par,  
qui sane ab integra & individua unitate in incorpoream, sed intelligibilem lineam primus de-  
fluit, primusq; omium in seipsum ductus, ex se par-  
it quaternarium numerum intra denarium com-  
prehensum.

Ternarius &  
eius merita.

Ternarius numerus primus impar est, isq; simplex ac primus & incompositus,  
qui ab unitate triplicata in linea fluxit. Habet & illud, quod prima ab impari plan-  
icies, nempè trigonus, tribus lineis constat. Omnia quoq; corpora, siue Mathe-  
matica, siue Physica, trina dimensione metunt, longitudine uidelicet, latitudine,  
& profunditate, nec est inuenire quartam.

Quaternarius &  
eius merita.

Quaternarius numerus secundus par est, & primus pariter par, qui duas medie-  
tates pares obtinuit. Hic numerus primus à pari in superficiem defluxit. A` pari  
quoq; prima planicies in lineis quatuor continetur. Insuper & omnia corpora ter-  
minis finiuntur quatuor, punto nimis, linea, superficie, ac soliditate. Necnon  
ex confederatis elementis quatuor omnia coalescunt.

Quinarius &  
eius merita.

Quinarius numerus secundus impar & simplex est, solusq; oīa quæq; sunt, quæq;  
uidenf esse complectitur, hæc ut subiecta corporaliaq;, illa ut intelligibilia & super-  
na. Aut enim Deus summus est, aut mens rerum species continens, ex eo nata est,  
aut mundi anima animarū omnīi fons est, aut cœlestia usq; ad nos sunt, aut ter-  
rea natura est. Et hoc modo rerum omnium numerus quinario continetur.

Senarius & eius  
merita.

Senarius numerus primus & solus ex omnib; numeris, qui infra decē sunt, è suis  
partibus constat, ut suprà dictum est. Ad hoc habet illud, quod primi omniū nu-  
merorū solidi siue cubi, à pari scilicet, octo fœmina, & ab impari uigintiseptē mas,  
coeundo quidem trigintaquinq; generant, quæ per senarium multiplicata, nume-  
rum dierum septem mensium, nempè decem & ducenta efficiunt, primam huma-  
ni partus perfectionē, quam senariū uelut arbiter maturitatis absoluit. Est & is nu-  
merus creationis cœli & terræ, ac absolutæ rerum omnium universitatis.

Macrobius som.  
1.

Septenarius numerus uirginitatis est, quia duplicatus nullū ex se parit numerū  
intrā denarium comprehendens. Ipse uero aut ex unitate multiplicata, aut ex nu-  
meris ab unitate prognatis & intrā denarium coactis generatur. Coalescit enim  
uel ex unitate & senario, uel ex dualitate & quinario, uel ex ternario & quater-  
nario. Cæterū non tantū ex iis suis partibus, quibus tales uinculorū vires sunt, con-  
iunctus septenarius, imo & ex sua ipsius potentia plenus est. Nam iuxta Platonis  
Timæū, mundanæ animæ origo septenis terminis, monade scilicet, dualitate, qua-  
ternario, octonario, ternario, nouenario, ac uigeno & septenario primum constat.  
Et septē sunt errantiū syderū sphæræ. Quin & soli ipse uices & solstitiales & equi-  
noctiales, septimo signo mutat. Luna quoq; curriculū suū quaterseptenis dieb; &  
horis ferè septē conficit. Adde quod sacra Biblia & Domino Deo septimo die ab  
opere creatiōis quiete fuisse testat, & septimū sabbati diē sanctificandū illi p̄cipiūt.

Genes. 1.

Septenarius &  
eiusmerita.

Genes. 2.  
Exod. 20.

Deniq;

IO. F R O S C H I I.

Denique quicquid usquam in sacris literis nedum in physicis septenario proponitur, id mysteriis uniuersum est refertum.

Octonarius numerus primus pariter parium est, cuius ut partes pariter pares sunt, ita diuisio pariter par procedit: diuiditur enim in bis: bina bis, primusque pari um altitudinem natu*r*um, intelligibile corpus efficit. Nam quaternario numero su perficiali ex dualitate lineali defluente, ac in altum erecto, primus hic octonarius solidam profunditatem accipit. Hic etiam numerus constat, aut ex his partibus, quae neque generantur, neque generant, monade nimirum & septenario: aut ex dupli cato quaternario, qui & generatur & generat: aut ex ternario primo impari, simpli ci, & quinario omnium rerum distributionis capace. A` paritate quoque suarum ipsius & partium & diuisionis, uocari meretur iustitiae numerus, cum primis autem nostratis resurrectionis Christianae numerus.

Nouenarius numerus imparium primus compositus est, ut qui à ternario tripli cato factus, primusque impariū à ternario omnium primo impari, simplici ac linea li, auctiōne impari & equaliter triplicato in superficie efficitur. Receptum est quo que pro uero hominem saepē nono mense gigni. Et antiquitas non sine philosophiae arcano nouem Musas canoras orbibus cœlestibus tradidit insidentes.

Decas, id est denarius numerus perfectissimus est, ut potè primus numerorum limes, proinde in ipso est status & quies omnium eorum, qui à monade progressi, infra illum sunt. Ceteri uero ipsum excellentes, simili progressu ab ipso subinde denario perinde ac illi à monade, ceu per membra & articulos propagantur.

Quonobrem uocatus est & uniuersitatis numerus. Neque mysterio caret id, quod lex denario præceptorum numero per Mosen data est.

Sed neque numerus ille uigintiseptem prætereundus est, qui primus omnium ab impari, nouenario plano superficiali que numero triplicato, etiam tertiam dimensionem, nempe profunditatis accipit, & sicut à pari, bis bina bis, octonarium solidum, ita ter terna ter, ab impari, uigintiseptem numerum solidum & perfectū efficiunt. Hactenus de perfectione numerorum quatenus instituti ratio postulabat.

C A P V T V.

De proportione & proportionalitate.

**H**IS itaque confyderatis, facile tibi colliquecet, proportionem esse Proportio quid duarum eiusdem generis quantitatuum, numerariam adiuicem sit: habitudinem, circa res aliquas confyderatam. Hæc autem habitudo subhæc denominabit*s* iuxta id, quod illæ quantitates aliae ad alias, uel æqualiter, uel inæqualiter, modis superius recensitis referuntur, ut inter binarium & quaternarium, quum hic ad illum sit duplus, proportio erit dupla.

Proportionum

Octonarius & eius merita.

Octonarius numerus tuitiae dictus.

Nouenarius & eius merita.

Hominem nono mense gigni.

Aul. Gell. 3. c. 16.

Nouem Musæ.

Denarius & eius merita.

Denarius numerus perfectus.

Macrob. 7.

Denarius uniuersitatis numerus.

Exo. 20. Deu.

## M V S I C A

Propotionali  
tas quid.

Proportionum uero habitudo, aut si maius similitudo inter se, proportionalitas dicitur, quae nec paucioribus quam tribus terminis constare potest. Nam inter terminos duos una dumtaxat emergit proportio. Ut ergo proportionalitas fiat, tertius oportet, ut sit terminus constitutus: uelut hic est uidere inter. 2. 4. & 8. ut enim octonarius ad quaternarium, ita quaternarius ad binarium est in dupla proportione, ea similitudo proportionum est proportionalitas.

Hæc et si non simpliciter, sed multis modis accipitur, quos consulto præterire libuit, tamen eam, quoad nobis conduceat, in tres formas diduci conferet, aliis ab hoc foro tanquam alienis alegatis.

Propotionali  
tas Arithmetica.  
Proportionum  
termini numero  
rum acerui sunt

Est enim in primis proportionalitas Arithmetica, quæ tribus vel pluribus terminis: aut certe numerorum aceruis positis, æqualitate proportionum neglecta, sola differentia arum æqualitatæ, qua termini differunt, obseruat. Cuiusmodi fit in haec dispositione numerorum. 4. 6. & 9. In qua differentia sex ad quatuor, & rursus octo ad sex equalis est. Nam utrobiusq; dualitate differunt. Quod si huiusmodi proportionalitatis quærenda sit medietas, dimidiū differentiæ minimo termino adiiciatur, & quod inde excreuerit medium terminum efficiet.

Propotionali  
tas Geometrica.

Deinde est Geometrica, quæ tribus vel pluribus terminis positis, numerorum differentiis neglectis, solam proportionum æqualitatem sic obseruat, ut numerorum differentiæ, quibus termini à seipsis differunt, in eadem proportione cum ipsis terminis consistant, quale hic fit. 1. 2. 4. & 8. Inter eiusmodi terminos ubiq; est proportio dupla in progressu, neque numerorum differentiæ, quibus termini differunt, puta. 1. 2. & 4. æquales sunt: attamen sunt in eadem proportione ad ipsos terminos scilicet. 2. 4. & 8. constitutæ. Eandem terminorum & differentiarum æqualitatem, per reliquias proportiones progressurus, obserues.

Propotionali  
tas harmonica.

Demum subit harmonica, quæ tribus, vel pluribus terminis constitutis, neque numerorum differentiam, neque proportionum æqualitatem ullam obseruat, sed ut ipsæ terminorum proportiones, alias ad alias habeant, inquirens, ratione ac sensu perpendiculariter: id quod sic tandem obuenit, ut quemadmodum maximus terminus ad minimum refertur, ad eundem modum & differentia maximi & mediæ termini ad differentiam mediæ & minimi comparatur.

Huiusmodi est cernere hic in numeris. 6. 4. & 3. ubi neque differentiarum neque proportionum æqualitas reperitur. Nam inter maximum & minimum terminos scilicet. 6. & 3. dupla. Inter maximum. 6. & medium. 4. sesquialtera, & inter mediū & minimum sesquitertia, proportiones quidem sunt harmoniae, & consonantes.

Et sicut inter maximum. 6. & minimum. 3. est dupla, ita inter. 2. differentiam maximi & mediæ, & 1. differentiam mediæ & minimi similiter dupla est proportio. Huiusmodi medios inuenire licet infra ex harmonica numerorum collatione.

Proportiones  
quo pacto maiores  
& differentiis hoc pacto.  
res vel minores  
dicantur.

Cæterum notandum, maiores & minores proportiones denominari à partibus quo pacto & differentiis hoc pacto. Pars enim dimidia maior est tertia, & tertia maior quartæ &c. Vnde fit, ut quo numeri augeatur, eò proportio minuatur.

Et in maioribus numeris minorē, in minoribus uero  
maiorem proportionem sit inuenire.

I O. F R O S C H I I .  
C A P V T      V I .  
De numeris & proportionibus  
harmonicis.

**E**T S I haec tenus in numerorum & proportionum nomenclatura tan-  
to interullo oberrauerim, ut tibi, lector amice, uel fames eius quod  
promiseram, periisse possit, aperta tamen hac qua ad institutum erat  
ingrediendum ianua, Musicas iam demum proportiones adoriemur. Harū pars  
quædam sonorum ac uocum differentias & altitudines metitur, eae sunt propor-  
tiones proprie harmoniacæ. Pars altera uocum tempus, & motus mensurales, nō  
sine Geometrica ratione ab aure deprehensos iudicat, De hac in sequentibus,

Illam uero in præsenti bifariam tractandam, rei ordo exposcit, Geometricæ.

Habitudo enim eius, aut est in uno quoq; terminorum, uelut fit in consonâlia,  
aut alia ratione in uno, & alia ratione in altero termino consyderata. Eas autem  
species dum pro mea uirili & huius instituti ratione excussurus pergo, forte uide-  
bor ad rem domestice tibi cognitam, lucernam in meridie adhibiturus: sed & hoc  
me ne quicq; mouebit, dum interea meum tibi pensum persoluero, atq; animum,  
perinde ut decreui, ad peruero.

Harmonia præterea, id est consonantia, sonorum est & grauiter & acute excita-  
torum permixtio, non sine iucundo & amœno tum sensus tum rationis iudicio  
comprobata. Tametsi sonum hoc loci, uocem esse, non omnem, sed eam, quæ cū  
prolatione prolata, certa quidé sit, statariaq;. Hoc subinde phthongus nostris di-  
citur Græcis οὐαριος. Sonus autem nusquam fit, nisi aëre percusso, causa huius  
est iustus, qui dum ingens & celer incidit, acutum sonū præstat, si tardior lentiorue,  
grauem.

Acutus sonus quo grandiore impetu fortioriq; spiritu excitatur, hoc magis ad  
monadem syncerius redigi contendit, atq; spirituum fontem Deum mundissime  
referre gestit. Grauis uero motu tardiore, ac spiritu uelut languescente causatus,  
numeris condensatis efficitur.

Nam quo grauius descendit, hoc longius à monade digreditur, numeris sese  
adcumulantibus, iama petens. Consequitur nunc harmoniam non uno & æquali  
sono, sed duoru uel plurimum inæqualium sonorum permixta moderatione fie-  
ri. Proindè nec huiusmodi moderatio harmoniam efficit, nisi quum debita pro-  
portionum sive numerorum lege intenduntur soni.

Sed ex uniuersa numerorum uarietate pauci nimirum, qui ad conficiendam  
Musicam conueniant, iiq; in genere multiplici & superparticulari reperiuntur.  
Suntq; ad Phytagoricorum sententiâ, si Epogdoum conumeres, his sex, Epitri-  
tus, Hemiolius, Duplaris, Triplaris, Quadruplus, & Epogdous, è quibus non har-  
monia tantum conficitur, uerum etiam per eos. Autore Ptholomeo, inter omnia  
quæ sibi iunguntur & aptantur, fit iugabilis competentia, nec quicquam alteri ni-  
si per hos numeros conuenire potest. His recentiores Musici haud inscite Sextu-  
tus, pluri, ut qui hominis, flatu & ædi, & aure percipi queat, adnumerarunt.

Proportiones  
Musice duplices  
Harmonice.

Geometricæ.

Harmonia dif-  
finitio.  
Boet. 4.C. 4.2.  
Sonus fit.

Acutus sonus  
quomodo fit.  
Grauis sonus  
quomodo fiat.

Boet. 4.C. 5.

Harmonia fit.

Macrobius 2.C. 2.  
Ptholom. de har-  
monia.  
Sextuplus in ter-  
harmon-recensi-  
tus.

Est autem

## M V S I C A .

**Epitritus.**

**E**st autem Epitritus, numerus sesquitertius, ut sunt quatuor ad tria, quali pro-  
portione fit symphonia  $\Delta\alpha\tau\alpha\sigma\omega\rho$ , quam uulgo quartam uocant: quia terminis  
quatuor, & interuallis siue diastematis tribus constat.

**Hemiōlius.**

**H**emiōlius, est numerus sesquialter, ut sunt tria ad duo: tali pportione fit sym-  
phonia  $\Delta\alpha\pi\epsilon\tau\epsilon$ , celebris illa medietas Musica, quinta uocata, quia terminis  
quinq<sup>u</sup> & interuallis quatuor constituitur.

**Duplaris.**

**D**uplaris, est numerus duplus, ut quatuor ad duo, quali proportione fit sym-  
phonia  $\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$ , octaua illa, terminis octo, & interuallis septem constans, to-  
nis nimirum quinq<sup>u</sup> & semitonii duobus.

**Triplaris.**

**T**riplaris, est numerus triplus, ut nouem ad tria, quali proportione fit sympho-  
nia  $\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  cum  $\Delta\alpha\pi\epsilon\tau\epsilon$ , uulgo duodecima dicta, quod terminis duodecim  
& interuallis undecim constet.

**Quadruplus.**

**Q**uadruplus numerus est, qui minorem quater continet, uelut octo habet duo,  
quali proportione fit symphonia  $\Delta\sigma\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$ , uulgo quintadecima adpella-  
ta, quod totidem terminis interualla quatuordecim edentibus constet.

**Sextuplus.**

**S**extuplus, est qui perinde se habet, ut duodecim ad duo, quali pportione sym-  
phonia nascitur  $\Delta\sigma\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  cum  $\Delta\alpha\pi\epsilon\tau\epsilon$ , uulgo nonadecima nuncupata,  
quod totidem terminis, scilicet undeuiginti, interualla duodeuiginti facientibus  
constituatur.

**Epogdous.**

**E**pogdous autem numerus est sesquioctauus, ut sunt nouem ad octo, quali pro-  
portione fit tonus, qui eti<sup>m</sup> harmoniā proprię non conficiat, tamen minimē præ-  
termittendus est, ut qui uinculi rationem obtineat, de quo latius capite sequenti.

## C A P V T      V I I .

De ratione harmoniarum.

**Numeri illi har-  
moniam quare  
conficiant.**

**S**ED cur huiusmodi numeri, ex infinita numerorum uarietate, pauci ac so-  
li Musicam conficiant harmoniam, id non nihil ueterum literis prodi-  
tum est, de quo summis quidem labiis summariam indicaturam delibabimus.

**Macrob. 2. c. 2.**

In primis igit̄ haud parū momēti habuerit scire, quod habitudines ac pportiones  
illae plerumq<sup>u</sup>e nascuntur e numeris solidis, qui & à pari & impari perfectionē soli-  
ditatis efficiunt, ut suprā indicatum est. Nam ut habet Macrobius Commentario  
secundo in sextū de Rep: A nima ipsa, aut uerius existentia mundi, per eos num-  
eros, sine quibus ne ulla sit iugabilis competentia, qui ab impari masculo & pari fœ-  
mina, utrimq<sup>u</sup> cubum & perfectionem efficiunt, per numeros, inquam, solidos pro-  
gnata est & contexta, nō quod illa corporeū quidpiam habeat, sed ut uniuersita-  
tem animando penetrare, mundiq<sup>u</sup>s solidum corpus implere possit

**Plato in Timao.**

Platonici quidem illius Timaei uerba, de Deo animā mundi fabricante, apud  
eundem adscripta sunt in hunc ferē modum. Primam ex omni firmamento partē  
tulit, nimirum Deus, hinc sumpsit duplam partem prioris. Tertiam uero secundā  
hemioliā, sed primā triplam, & quartam duplam secundā. Quintam tertiae tri-  
plam. Sextam primā octuplam. et Septimā uicies septies à prima multiplicatā.

Post hāc

## JO. FROSCHII.

Post hæc, spacia, quæ inter duplos & triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat: ut binæ medietates singula spacia colligarent. Ex quibus uinculis hemiolii, & epitriti, & epogdoi, & limmata nascebantur. Hæc Platonis uerba ita à nonnullis excepta sunt, ut primam partem monaden crederent. Secundā quam dixi duplam prioris, dualem numerum esse considerent. Tertiam, ternarium numerum, qui ad duo hemiolius est, ad unum uero triplus. Et quartam, quatuor, qui ad secundum, id est ad duo duplus, est.

Quintam nouenarium, qui ad tertium, id est ad tria triplus est. Sextam autem octonarium, qui primum octies continet. At uero pars septima in uigintiseptem fuit, quæ faciunt augmentum tertium imparis numeri, Hactenus Macrobius, quatenus & Plutarchus.

Tu uero in hoc mundanæ, ut ille uocat, animæ contextu iam enarrato, uides esse proportiones, duplam, qua,  $\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\mu$ , sesquialteram, qua  $\Delta\alpha\pi\epsilon\nu\tau\epsilon$ , sesqui tertiam, qua  $\Delta\alpha\tau\epsilon\omega\pi\alpha\sigma\omega\mu$ , Triplam, qua  $\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\mu$  cum  $\Delta\alpha\pi\epsilon\nu\tau\epsilon$ . Quadruplam qua  $\Delta\alpha\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\mu$ , & octuplam, qua  $\pi\epsilon\sigma\Delta\alpha\pi\alpha\sigma\omega\mu$ , symphonias prodire, nemini non notum est.

Cæterū Epogdous in sesquioctaua est proportione, ex qua nascitur sonus, quæ Tonus qui fit.  
Semitonium  
qui fit. Musici tonum uocant. Sonum uero tono minorem ueteres, semitonium adpellarunt, non ut dimidijs tonus putetur, sicut nec semiuocalem inter literas pro uocatis medietate accipimus; sed quia tonus in duo æqualia diuidi nequit, hunc sonū tono quidem minorē tam paruo au tem à tono distare deprehensum est, quantū Macrobi. 2. c. 1.  
Boët. c. 17. & 3.  
c. 2. & 12. hi dū numeri. 256. & 243. inter se distant. Nam numerus. 13. differentia utrimq; superabundans, minor est decimaoctaua parte numeri. 243. nedum illius decimā sextam aut decimam septimam æquans: decimanona uero parte maior, quorum demonstrationem non nullam in locum de theorematis sequentem reieccimus.

Semitonium  
Diesis Phythagoricis Limma Platonis dicuntur. Epogdous autem & semitoniū, quod Pythagorici diesim, Platonici uero limma uocitarunt, et si neuter symphoniam conficiat, tamen eorum non potest non haberi ratio: artim quòd ipsi in hoc, quo uersamur melodiæ genere, symphoniarū in terualla: & medietates Musicas distinguant, emetianturq; partim quòd iisdem ceu uinculis, nempè tono & semitonio, solidæ symphoniae, deflectendo concinnentur, & uelut ansulis committantur. Adeo quòd contexendo cantui, suos cuiq; tropos & modos, uiresq; mouendi animi, tribuere soleant & adhibere.

Prætereà neq; hoc contemnendum, nedū ignorandum erit, quod in ipso mundi corpore, interualla syderū inter se, & cōusq; à terra distantia æ qualibus huiuscmodi numeris & proportionibus duplariibus scilicet, triplis, quadruplis, epitritis, hemiolii distare, & epogdoi, semitoniisq; completi, Platonici credendum statuerunt. Eiusmodi & Plinius scriptam reliquit sententiam.

A dhæc & duorum luminarium solis ac lunæ & quinq; stellarum errantium adcessus & recessus, per quos Astrologi aërem, & sublunaria hæc uniuersa mutari, & adfici autumant, per duodecim zodiaci sectionum & signorum status, huiusmodi numeris & proportionibus perfici & absolui receptum est. Nam respectus Sextitilis fit secundo signo, quæ distantia ad reliquam signiferi partem est in quintupla,

B

## M V S I C A

ad ipsum uero circi totum, in sextupla: sed illa reliqua pars in sexquinta proportione existit. Similiter Quartus tertio fit signo, quæ distantia ad reliquam zodiaci partem est in tripla, ad ipsum zodiaci totum, in quadrupla, sed pars illa reliqua in sexquialtera proportione. Aequo quum trinus quarto signo fit, distantia illa ad reliquum zodiaci totum, in tripla, sed reliquum illud est in sexquialtera proportione. E quibus singulis proportionibus singulas symphonias nasci certum est, id quod ex sequentibus clarius intelliges.

### C A P V T      V I I I.

De fidium harmoniarum  
numero & ordine.

**H**OC loci rem ut ueram, ita certam, uelut acutangam. Putabunt forte quidam quæ hactenus de numeris retulimus, nugas esse Siculas, steriles, atq; obscuras, (siquidem & numeri Platonici iampridem in obscuritatis proverbiū abierunt) Sed quibus id uidebitur, eos uel sola chorda istac, lege proportionum diuisa, abundantius erudit, quam ut necesse sit hic nos diutius minorari. Pythagorici Canona uocant, nostri Monochordū.

Monochordum  
diuisum adperte  
harmonia do-  
cet.

Musica instru-  
talis est generis  
diatonicī.  
De fidium ordi-  
ne. Boet. 1. c. 22.  
Plin. 7. c. 56.  
De fidium num-  
ero & ordine.

Monochordum autem diuisuros huius in primis admonitos oportet, quamuis melodiae genera tria sunt: de quibus infra nonnihil delibaturi sumus, nostram Musicam diatonicō generi, tonis ac semitonii contexto subsistere, quod genus est & harmonia mundanæ animæ iam ante recensita.

Cæterum et si Musica principio fidibus quatuor, & ceu tetrachordo duntaxat, deinde heptachordo constiterit, ubi tum ima (ut autor est Boætius) ὑπάτη id est principalis, summa aut certe nouissima Νήτη, quasi Νεάτη, media uero μέση dicebatur, sub hæc tamen alias chordas aliis, & supernè & infernè adiacentibus, Νήτας nimurum & ὑπάτας: ita creuit numerus uocum, ut & aliud heptachordū adcesserit, & cithara quatuordecim chordarum sit facta. Sed quam in ea μέση illa locum, quem in priore heptachordo nomini suo congruentē habuerat, medium non obtineret, adiecta est infernè quintadecima chorda προσλαμβανόμενος dicta. Ita factum est ut μέση utroque relata Λιὰ πασῶν ederet. Ima uero ad summam Λίσ Λιὰ πασῶν reddebat.

In ea quoq; Plutarchus libello quem de Musica seripserit, similiter Boætius, & quicumq; ueterum de musicæ disciplina conscripserunt, harmoniarum metam & pomeria ponunt. Quos uel ob id solum testes citare libuit, ne cuiq; hæc, ceu rem nouam, aut nostra somnia, confingere uideremur.

Adiecta Proslam  
banomenos quæ Λία τεωάρων sonantia, bina quidē supernè neruo communi coniuncta, totidēq; quintam decimam chordam efficit.

Synemmenos te-

Verum neruis hoc ordine dispositis quatuor inuenta sunt retrachorda, singula & infernè similiter coniuncta: sed hæc ab illis disiuncta, nō enī erat neruus medius, qui superioris tetrachordi grauissimā, inferioris uero acutissimā, unus atq; idem sonaret atq; coniungeret, uidebatur itaq; futurum quintum tetrachordum, si inter μέσην & παραμέσην sextadecima chorda locaretur. Hæc quoq; inserta, & συ-

ζευκτικός

## I O. F R O S C H I I.

**Σευκτικός** id est cuniunctua dicta est, ut quae disiuncta coniungeret, & ad tetrachordum quintum, συζεύγμενων id est coniunctarum & (ut uocant) συνημμένων scilicet constituendum conduceret.

Iam uero chordarū uocabula & inuenta, atque id genus alia pœnitius inquire re, nō nostri instituti est. Hac em̄ uia forte uidebor uel à nostro pposito longiuscule digressus, uel quæ alioqui obscura per nebulam conspicienda exhibuisse: sed magis fidium nostratū siue phthongorum pductione prolatorum & numerum, & ordinem constantem breuirer perstringere libet.

Prima igitur omniū chordarum est προσλαμβανόμενος, quamuis postremo fere adiecta, quo pentachordum ad ὑπάτην μεσῶν faceret, sed ut imā ita & grauissima locum hunc ordine primum iure occupat,

Chordarum no-  
mina.

Secunda est ὑπάτη ὑπάτων, principalis sane principalium, ut quæ olim priori quidē ὑπάτη, sed nunc πάτη μεσῶν, siue medianū infimæ supaddita, proinde grauissima huius tetrachordi ὑπάτων primum locum obtinet.

Tertia παρυπάτη ὑπάτων est, & ceu propior principali principaliū, quia in hoc tetrachordo locum tenet post ὑπάτην ὑπάτων secundum.

Quarta est λιχανός ὑπάτων, id est indicatiua principalium, huius tetrachordi locum tenens tertium.

Quinta est ὑπάτη μεσῶν. ὑπάτη quidē antiqua, sed modo bina tetrachorda coniungens. Est em̄ tetrachordi ὑπάτων summa, μεσῶν uero siue medianum infima.

Sexta, est παρυπάτη μεσῶν, post ὑπάτην nimis hui⁹ tetrachordi fides secunda.

Septima, λιχανός μεσῶν illius tetrachordi medianum indicatiua, locum eius obtinet tertium.

Octaua, est μεσή hui⁹ tetrachordi medianum supra, coniunctarū uero infima.

Nona, τρίτη συζεύγμενων est, numero quidem ab ultima coniunctarum νήτησ συζεύγμενων scilicet tertia, post imam uero μεσην illam secunda.

Decima παραμέση est, propior μεσης, quæ ultra μεσην illam prima disiunctarum infimum illius tetrachordi locum implcit.

Vndecima, uocē binis tetrachordis cōmūnē una & eadē sonat, aut em̄ cōiunctarū ordine tertia recensem, & erit illi παρανήτη συζεύγμενων, hoc est, ppriori summa coniunctarū nomē, aut disiunctarū post παραμέσην secūda reputata uocabilē à supra disiunctarum numerando τρίτη Διεζεύγμενων, siue disiunctarum tertia.

Duodecima, utroq; tetrachordo perinde cōmūnis est. Nā uel inter coniunctas νήτη συζεύγμενων, uel inter disiunctas παρανήτη Διεζεύγμενων erit.

Tertiadecima, est νήτη Διεζεύγμενων, summa quidem disiunctarū, imā uero tetrachordi ὑπερβολάτων hoc est excellentium.

Quartadecima, est τρίτη ὑπερβολαῖων, ab acutissima quidē ὑπερβολαῖων numero tertia, quamuis post grauissimam ὑπερβολαῖων sit secunda.

Quintadecima, est παρανήτη ὑπερβολαῖων, tertia quidē ordine post imam, sed propior summa excellentium.

Sextadecima, est νήτη ὑπερβολαῖων, summa & nouissima tetrachordi ὑπερβολαῖων, id est excellentium.

## M V S I C A

Hactenus de numero & ordine fidium harmonicarū in genere diatonico, quorum omnium demonstrationem: & intellectum amoeniorem sequentib⁹ post hac figuris accipies.

### C A P V T                    I X. De diuisione monochordi in genere diatonico,

Boæt. 4. c. i.

Monochordi di  
utſio artificibus  
instrumentorum  
utilis.

Linea diuisa  
chordam repre  
sentat.  
Primum inter di  
uidendum qua  
tuor tetrachordo  
rum limites de  
signantur.

Tetrachorda qua  
tuor designan  
tur.

Implentur tetra  
chordorum limi  
tes.

**I**N Monochordo diuidendo nō cuiusq; palato forsitan sum seruitur⁹, ne  
rū id meo me iure fecisse, nō ibit inficias, quisquis diuersū ab hoc poposce,  
rit, si uel unū in hoc mihi Boætiū adstipulari cognoscat. Is em⁹ libro. 4. de  
Musica tradit, etiā aliā ab ea, quā priore libro descripscerat, posse diuisionē  
fieri, quā tota pportionū ratio ob oculos posita etiam cernāt. Proinde rudē & uul  
garē hanc diuidēdi rationē, iuxta mūdanæ harmoniæ analogiā cōplex⁹ sum, quæ  
uel inter conficiendū instruēta harmonica, siue chordarū istib⁹, siue uentorū flati  
bus moderāda, solerti artifici singuli foret. Lineā uero diuidētes, & chordā diuis  
uolumus, iuxta quā singulæ singularū fidiū proportiones non possunt nō haberi.

Esto igitur chorda ad lineam rectam intensa, in qua signetur longitudo. A t.  
quæ puncta fulcrorum & chordæ stationes sunt.

Primum itaq; diuidatur linea. A t. in duo æqualia, in punto. a. & utrūq; dimi  
dium &. A a. & a t. habebit se ad. A t. in pportione dupla. Ideo utroq; Λιὰ πασῶμ  
consonantia fieri. Et erit. A t. προσλαμβανόμενος & ima pentachordi ὑπάτωρ secun  
di. a t. uero μεσην siue media fieri.

Postea diuidaf linea. a t. in duo æqualia in pucto. aa. & cōsistet. aa t. ad. a t. in du  
pla, ad A t uero in quadrupla sonas Διὸς λιὰ πασῶμ, & fieri. aa t. Νίτη ὑπερβολάιωρ.

Deinde diuidas lineam. A t. in tria æqualia in punctis. E. & e. Quod si bene mē  
sus fueris, erit. E t. πάτη μέσωμ, habebitq; se. E t. ad. A t. in sesquialtera, ædens λιὰ  
πέντε: Ad. a t. uero in sesquitertia ædens λιὰ τεσάρωμ. Sed. et faciet Νίτην λιεζευ  
γμένωμ, habēs se ad. E t. in dupla, ad. a t. in sesquialtera, ad. A t. uero in tripla, ædēs  
λιὰ πασῶμ cum λιὰ πέντε.

Ad hæc diuide lineam. E t. in tria æqualia in punctis. h. & h̄. & huiusmodi ter  
tiatum unam illi subiice in punto B. quod si bene operatus fueris, erit. B t. πάτη  
ὑπάτωρ, habens se ad. A t. in sesquioctaua, ædens tonū, ad. E t. in sesquitertia, ad. h  
t. in dupla, & ad. h̄ t. in quadrupla. Sed. h̄ t. fieri παραμέση habēs se ad. E t. in sesqui  
altera, ad. e t. in sesquitertia. Et hoc pacto habebis extremitates tetrachordorū qua  
tuor, inter quas duas sunt medietates, nempe πάτη μέσωμ, & γάτη Διεζευγμένωμ, bi  
na hinc & illinc tetrachorda coniungentes.

Hoc itaq; facto, singula tetrachorda modo adimplebis, quo sequitur. Primum  
accipe octauā partem lineæ, a t. hancq; illi subiice in punto. G. Et erit. G t. λιαχανό<sup>της</sup>  
μέσωμ, consistens ad. a t. in sesquioctaua sonando tonum.

Deinde diuidas lineam. G t. in duo æqualia in punto. g. & huiusmodi alteram illi  
subiice in punto. C. Et habebit se. g t. ad. G t. in dupla, ad. C t. in tripla, constitutes  
παραμέση την ὑπερβολάιωρ. C t. uero ad. G t. in sesquialtera, facies παρυπάτην ὑπάτωρ  
Insuper

I O. F R O S C H I I

Insuper diuide lineam. C t. in duo æqualia in punto. c. Quod si recte mensus es, erit. c t. τρίτη Διελεγμένων, consistens ad. G t. in sesquitertia, & ad. C t. in dupla.

Ad hæc diuide lineam. c t. in duo æqualia in punto. cc. & alteram huiusmodi partē illi subiice in punto. F. Quod si bene mens⁹ fueris, erit. cc t. ad. ct. in dupla, ad. C t. uero in quadrupla. Sed. F t. fiet παρυπάτη μεσῶν, constans ad. G t. in sesquioctaua, ædens tonum, & ad. E t. semitonium, ad. c t. uero in sesquialtera.

Tum diuide lineam. F t. in duo æqualia in punto. f. & si bene operatus fueris, fiet. f t. τρίτη ὑπερβολαιῶν, habens se ad. F t. in dupla, ad. g t. in sesquioctaua.

Porrō sume linea. a t. alteram partem in punto. aa. incidente, quam illi subiicias in punto. D. Quod si rite feceris, erit. D t. λιχανὸς ὑπάτων constans ad. A t. in sesquitertia, ad. a t. in sesquialtera, ad. E t. in sesquioctaua.

Demum diuide lineam. D t. in duo æqualia in punto. d. & huiusmodi alteram illi subiice in punto. Γ fulcro illic suffecto. Quod si bene operatus es, habebit se. D t. ad. Γ t. in sesquialtera. Sed. d t. fiet παρανήτη Διελεγμένων, habens se ad. D t. in dupla, ad. Γ t. in tripla, & ad. c t. in sesquioctaua.

Cæterum quo tetrachordum μεσῶν siue mediarum, tetrachordo illi disiunctarum, communi nero medio, coniungi possit, & binæ illæ fides παρυπάτη μεσῶν & τρίτη ὑπερβολαιῶν medietatem harmonicam. Λιχανός πέντε nimirum, & λιχανός τεων φων, quo quo uersum facere queant, fides illa coniunctiuā inserenda est, hoc pacto. Diuide lineam. f t. in duas æquales partes, & huiusmodi alteram illi subiice inter. a. & b. in punto. b. Quod si bene operatus fueris, erit. b t. τρίτη συλεγμένων, ordine quidem tertia coniunctarum, per quam tetrachordū coniungitur; & habebit se. b t. ad. f t. in sesquialtera, ad. F t. uero in sesquitertia.

Tum accipias alteram linea. F t. incidentem, hancq̄ illi subiice in punto. b. inter. A. & B. & erit maior illa. b t. ad. F t. in sesquialtera, ad. b t. uero minorem super nē inter. a. & b. in dupla.

Quod si eam lineam. b t. τρίτη συλεγμένων in duas æquales diuiseris in punto. bb, habebit. bb t. ad. b t. in dupla, ad. bt. uero infernē inter A. & B. in quadrupla.

Idem fiet linea. d t. diuisa in punto. dd.

Simile quoque est de linea. e t. in punto. ee. diuisa

Hactenus id quod de monochordi sectione pollicitus, exposui. Nunc & illud indicandum est, quod et si antiquis fides hæ septem literis insignitæ scilicet. Γ. b.

bb. b. cc.. dd. & ee. extra cantionem proflusq̄ alienæ fuerunt, eas tamen recentiores Musici haud temere, neque inscite usurparunt, & ceu fidium cancellis latioribus circumscriperunt. Proinde non solum oportunum fuit, sed & necessitas &

uis harmonica huc adegit, ut. b. fides inter προσλαμβανόμενος & ὑπάτην ὑπάτων collocaretur.

Nam alioqui chorda non erat, quæ in perficienda symphonia παρασῶν hoc loci, Musicam medietatem, & ceu pentachordum necessarium, harmonica ratione faceret, ac λιχανός πέντε ad παρυπάτην μεσῶν sonaret. Tū uero pueris cantorum choro adhibitis, quum iam melodiæ non uno tantum tenore, sed dulcesonantibus modis & uocibus, & multigenis, συστήματα & compositiones æderentur, concinne adiectæ sunt & aliæ sex, nempe infernē una. Γ. supernē uero quin-

Tetrachordo  
rum quatuor  
coniunctio.

Fides septem ul  
tra quindecim an  
tiquas adiectæ.

Pentachorda ne  
cessaria sunt.

## M V S I C A

Aristot.phys.2.  
Boæt.4.c.2.  
Plutarch.de Mu-  
sica.  
Ratio numerosi-  
tatis multiplicati-  
onem non re-  
spicit.  
vox hominis  
genuina uix in  
pasim intendi-  
tur.

que reliquæ, idq; occasione haud pessima. Nam & Aristoteli & Boætio Musica ut plerisq; (uide) mere Mathematica nō est, ut quæ partim ratione, partim sensu cō-  
stet. Ratio autem numerositatis multiplicationem nequaquam respuit, licet in mille milia succrescat, dummodo eadem proportionum analogia & similitudo eueniat. In nouem enim milibus & ter mille, triplarem æquæ ac in tribus & no-  
uem agnoscit: perinde iudicat & de harmoniis multiplicatis.

Verum quia natura ita comparatum est, ut uox hominis genuina haud temere ad  $\Delta\sigma\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\mu$ , & ceu quintamdecimam chordam intendatur, si quis modò genuina uix in uoces & puerorum & adulorum in unum chorum adgregatas, & quoad illæ quam ad dis dia intendi possint deprimiq;, diligenter secū expendat, illud obseruabit, nostrates Musicos, fidibus illis adiectis, ad uigesimum uocis gradum usq; progressos, non adeo perperam fecisse, sed & ad  $\tau\rho\iota\sigma\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\mu$ , & uigesimum secundum gradum, chorum eorum procedere potuisse, sensu nec quicquam eatenus reclamante, imò rationis integritate illum ad hoc suffultiente, id quod non tam mea sententia, quām communi omnium sensu & consensu, iamdudum receptum & comproba-  
tum, sole clarius est.

Habes utcunque fides has, & sensus audiendi iudicio admissas: quanquam no-  
lim, ut is, cui nous modos symphoniarum reddere curæ est, eas longioribus æquo  
interuallis disponat, sed angustioribus quibus potest limitib; præstituat, id quod ad cuiusq; uocem natuam, & artem ipsam magis adpositum crit.

Macrob.2.c.1.  
Boæt.3.c.2.& 12

Sed & horum omnium typum depictum unâ cum fidium quantita-  
te ob oculos infra posuimus, adiectis & iis, quibus Ma-  
crobius & Boætius semitonium habere  
designant, numeris iuxta sym-  
phonicam analogiam  
& multiplicatis  
& di-  
nutis.

## C A P V T X. De symphoniarum numero & speciebus harmonica numerorum collatione con- quisitis.

Antiquitas sym-  
phonias tantum  
quinque tradi-  
dit.

**A**D symphoniarum species enumerandas redeo, ubi te primum il-  
lius admonitum uelim, quod eas precipuæ recensebimus, quæ om-  
nium nostratum consensu & usu pridem sunt receptæ. Quan-  
quam antiquitas symphonias duntaxat quinque tradidit, tamen  
recentiores Musici non modo non ex agro (ut aiunt) adlatas, uerum etiam ex do-  
gmatis Platonicis, præsertim de mundanæ animæ cōditione & connexu uinculo  
rum supra recensita, his quinque plures insertas, & inesse probè didicerunt & ad-  
signarunt.

Deinde

## I O. F R O S C H I I.

Deinde notabis & hoc, quod illæ symphoniae quinque, præter græcas adpellationes, quibus antiquitas eas donauerat, latine nouata uocabula iuxta terminorum numerū, quibus interualla, aut uerius toni, semitoniasq; eas metientes disponuntur, imposita, utcunque recens adiectæ, usitamen obtinuerunt. Nam (ut supra indicatum est)  $\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  Octaua dicta est.  $\Lambda\alpha\pi\acute{e}\nu\tau\epsilon$  quinta,  $\Lambda\alpha\tau\epsilon\omega\alpha\varphi\omega\rho$  la. quarta,  $\Lambda\alpha\varpi\alpha\sigma\omega\rho$  cum  $\Lambda\alpha\pi\acute{e}\nu\tau\epsilon$ , duodecima,  $\Delta\sigma\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  decimaquinta, & Supra cap. 6. sic de aliis.

Iam uero & illud obserues, symphonias bifariam diuidi, partim enim perfectæ sunt, partim imperfectæ.

Perfectæ sunt, que huiusmodi constant proportionibus, quales ex comparatione harmonicæ habitudinis enascuntur. Eauerò comparatio nunc inter maximum & minimum terminos, & ceu numerorum summas est, cuiusmodi contingit in genere multiplici, nunc inter maximum & medium, nunc inter medium & minimum, id quod fit interim in multiplici, interim in superparticulari genere.

Quo uero haec clarius intelligas, exempli causa hos numeros quinq; propono. Primum. 24. Secundum. 16. Tertium. 12. Quartum. 9. & Quintum. 6. Quorum primus ad tertium comparatus harmonicè, maximas est, econtra tertius ad primum harmonicè minimus.

Nam ut se habet primus ad tertium, ita habet se differentia primi & secundi, que est octo, ad differentiam secundi & tertii, scilicet quatuor, nimirum in dupla proportione, qua constat  $\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$ . Idem est si tertium ad quintum compares: non idem sit, reliquos alium ad alium referendo. Sed & primus ad secundum harmonicè medium, est in sesquialtera, qua  $\Lambda\alpha\pi\acute{e}\nu\tau\epsilon$  constat. Secundus autem ad tertium in sesquitertia, qua  $\Lambda\alpha\tau\epsilon\omega\alpha\varphi\omega\rho$  fit. Item primus ad quartum habet se in tripla, qua  $\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  cum  $\Lambda\alpha\pi\acute{e}\nu\tau\epsilon$ , ad quintum uero habet se in quadrupla, qua  $\Delta\sigma\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  generatur.

Hinc uidere licet, quam ob causam antiquitas consonantias duntaxat quinque agnouerit, nempe quia præter paucas illas multiplices & superparticulares, proportiones alioqui nullas admisit, neque uocem intendi, nec eam intensam eo, quo nunc modo, auditu plene percipi posse animaduertit, forte nondum adsueta huiusmodi moris intra chorum accipendi pueros.

His quinque adnumeratur è sextupla nascens proportione  $\Delta\sigma\Lambda\alpha\pi\alpha\sigma\omega\rho$  cù  $\Lambda\alpha\pi\acute{e}\nu\tau\epsilon$ , que decimanona dicitur, quo tandem pacto sex numero consonantiae perfectæ consistunt.

Imperfectæ totidé sunt, nimirū tercia, sexta, decima, tredecima, septimadecima, & uigesima. Quæ singulæ singulatim geminatæ, aut maiores, aut minores secundū toni aut semitonii, uel ipsi tono, uel illi  $\Lambda\alpha\pi\acute{e}\nu\tau\epsilon$  adcessionem denominantur. Ex sunt illæ partes, que inter duplos & triplos, & ob id etiā inter hemiolios, ex multiplicatione, uinculorum uice, iuxta Platonis sententiam supra recensitam, insertæ sunt, ut binæ medietates singula spacia conligarent hoc est, binis aut ternis terminis harmoniacè dispositis, una imperfecta inserta, & arithmeticè uel duplicata, uel dimidiata, alia sanè ad hanc, uel dupla, uel subdupla, sed perfecta,

Symphoniae  
præter græcas  
adpellationes  
habent latine  
nouata uocabu  
la.

Consonantiae  
perfectæ quæ.

Consonantiae  
perfectæ sex  
sunt.

Consonantiae  
imperfectæ quæ.

Plat oīntimao  
& supra cap. 7.

## M V S I C A

ad illas uero priores perfectas relata, imperfecta nasceretur. Exemplum habes, si dispositis fidibus ταρυπάτησ μεσῶν, τρίτης διέλευγμένων, & τρίτης ὑπερβολαιών, inseueris ipsam μέσην, adposita illi γήτησ ὑπερβολαιών fide.

*De consonantia  
rum enumeratio  
ne.* Illas iā obiter enumerabim⁹, proportionibus paucis pro instituti ratione in trans cursu utcunq; demōstratis. Nā si quis diligens speculator huiusmodi ad umbilicū nosse def̄yderet, is iuxta disciplinas Mathematicas, pœnitius hæc inquirat, nos minutias duntaxat hic proponimus.

Tertia itaque maior, aliás ditonus, duobus tonis constat. Talis est habitudo lineæ. C t. ad lineam. E t. aut horum proportio numerorum. 648. & 512. quorum differentia est numerus. 136. hunc ter, illum quater metiens, sed numero. 104. utrobius superante, quo sit, ut nec proportio sesquiquarta, maior enim est: nec sesquiertia, quia minor est, neq; ulla alia superparticularis sit inter illos. Sed sexagesimaquarta pars de numero. 512. est octonarius, qui decies septies illi additus, facit numerum. 648. Eiusmodi est proportio inter eos numeros, nemp̄ superpartiens decem & septem sexagesimas quartas. Talis est proportio lineæ. F t. ad lineam. a t. ac numeri. 486. ad numerum. 384. Item eadem est & proportio numeri. 324. ad numerum. 256.

Tertia minor, aliás semiditonius, tono & semitonio constat. Ea est habitudo lineæ. A t. ad lineam. C t. cuiusmodi est & proportio inter hos numeros. 768. & 648. horum differentia est numerus. 120. hunc quinquies, illum uero sexies metiens utrobiq; numero. 48. exundat: unde inter eos superparticularis nulla fit. Sed illius numeri, uigesima septima pars est numerus. 24. hunc si quinquies addideris ad numerum ipsum. 648. excrescit numerus ille. 768. Et talis est proportio semiditonii, superpartiens scilicet quinq; uigesimas septimas. Eiusmodi est proportio lineæ E t. ad lineam. G t. & numeri. 512. ad numerū. 432. Talis est linearum. a t. &. c t. & numerorum. 384. & 324.

Sexta maior, est tonus cum Λιὰ πέντε. Constat ut linea. C t. ad lineam. a t. aut numerus. 648. ad numerum. 384. Eorum differentia est numerus. 264. non habens cum minori communem, ipsos quidem metientem, præter numerum. 24. sed maior numerus minorem semel, una cum sextadecima eius parte, numero scilicet. 24. undecies illi superaddita continet. Ea est proportio superpartiens undecim sextas decimas. Tales sunt proportiones inter lineas. F t. &. E t. & numeros 864. & 512. Item inter numeros. 486. & 288. Item inter numeros. 432. & 256.

Sexta minor, est semitonium cum Λιὰ πέντε, habens se ut linea. A t. ad lineam. F t. aut numerus. 768. ad numerum. 486. Quorum differentia est numerus. 282. Quum igitur iisdem non sit numerus communis, præter senarium, ipsos metiens. Inde nec multiplex neq; superparticularis enasci poterit, sed maior numerus minorem semel, insuper & senarium, primam & octogesimam eius partem quadragies septies continet. Tales sunt proportiones linearum. E t. &. c t. Item numerorum. 512. & 324. Item linearum. a t. &. f t. Et numerorum. 384. & 243.

Decima maior, Λιὰ πασῶν est cum ditono, habens se ut linea. C t. ad lineam, aut numerus. 648. ad numerum. 256. ubi maior minorem bis quidem continet, sed superest

17

I O. F R O S C H . I I.

Sed superest differentia; numerus. 136. qui minoris non partem, sed decem & septem partes habet. Octonarius enim eius trigesimal secunda pars est, quem ille maior ultra multiplicem duplarem decies septies continet. Ea proportione sunt habitudines linearum. Ft. & aa t. & ferē aliæ quotcunq; similiū terminorum.

Decima minor, est  $\Delta\lambda\pi\alpha\sigma\tilde{\omega}\mu$  cum semiditono, cuiusmodi est linea. At ad lineam. ct. Aut numerus. 768. ad numerū. 324. ubi maior minorē bis continet, differentia superante, numero. 120. qui et si minorē bis metia, supersunt tamē. 84. Verum duodenari⁹ uigesies septies minorē illum, ultra duplarē meti⁹, quē ipsa differentia, numerus. 120. decies continet. Est igitur huiusmodi proportio dupla superpartiens decem uigesimas septimas.

Tredecima maior, est  $\Delta\lambda\pi\alpha\sigma\tilde{\omega}\mu$  cū tono &  $\Delta\lambda\pi\acute{e}v\tau\epsilon$ , cui⁹ modi est linea. Γ t. ad linā, e t. & numer⁹. 864 ad numerū. 256. Illorum maior minorē ter continet, differentia superante in numero. 96. minorē frustrā metiente, & huius octaua pars est numerus. 32. qui & differentiā ter metitur. Est ergo illuc proportio tripla superpartiens tres octauas. Ad hunc modum habet linea. C t. ad aa t. & numerus. 648. ad numerum. 192.

Tredecima minor, est  $\Delta\lambda\pi\alpha\sigma\tilde{\omega}\mu$  cum semitonio &  $\Delta\lambda\pi\acute{e}v\tau\epsilon$ . Huiusmodi est linea. A t. ad lineam. ft. & numerus. 768. ad numerū. 243. Quorū maior minorē ter continet, differentia in numero. 39. superante, sed nequaquam minorē emetiente, quin potius minoris prima & octogesima pars est ternarius, differentiā tredecies p̄ mensus. Est ergo hæc p̄portio tripla primā & octogesimā tredecies superpartiens.

Septimadecima maior, est  $\Delta\lambda\Delta\lambda\pi\alpha\sigma\tilde{\omega}\mu$  cum ditono, cuiusmodi est linea. C t. ad lineā. ee t. & numerus. 648. ad numerū. 128. ubi maior minorem quinques comprehendit, octonario uelut differentia superante, qui & minoris nimis sextadecima pars est, quare hoc loci proportio est quintupla sesquisextadecima, cuiusmodi fermē sunt & reliquæ huius symphoniarū proportiones.

Septimadecima minor, est  $\Delta\lambda\Delta\lambda\pi\alpha\sigma\tilde{\omega}\mu$  cum semiditono, uelut est linea. A t. ad lineam. cc t. & numerus. 768. ad numerū. 162. ubi maior minorē quater continet, superante numero. 120. Qui quum senariū, minoris quidem septimā & uigesimā partē uigesies complectatur, pronunciare libuit proportionem quadruplam superpartientem uiginti uigesimas septimas.

Vigesima maior, quæ  $\Delta\lambda\Delta\lambda\pi\alpha\sigma\tilde{\omega}\mu$  est cum tono &  $\Delta\lambda\pi\acute{e}v\tau\epsilon$ , habet ut linea. Γ t. ad lineā. ee t. aut numerus. 864. ad numerum. 128. Quorū maior minorem sexies continet, superante numero. 96. In minore uero numerum hunc. 32. quater inuenies, quem in superante ter habebis: quare hoc loci proportio est sextupla tres quartas superpartiens.

Vigesimam minorē, et si Musica instrumenta reddant, ad amissim, tamē inter nostras fides locū nō habet, nisi ex Musica (ut aiūt) ficta. Ad singam⁹ igit̄ linea. bb t. & numero. 182.  $\frac{1}{2}$ . numerum in sesquitertia proportionabilem scilicet. 136.  $\frac{11}{10}$ . cuius tertia est numerus. 45.  $\frac{9}{8}$ . quo illi addito excrescit numerus ille. 182.  $\frac{1}{2}$ . inter hos itaq; numeros, maiorem scilicet & minorem, enascitur proportio sesquitertia. Vbi ergo minorē. 126.  $\frac{11}{10}$ . ad maiorem. 864. retuleris, inuenies ipsum sexies à maiore

## M V S I C A

à maiore contineri, superante numero. 43.  $\frac{1}{15}$ , qui illius minoris, quasi, sed nō prorsus, tertia pars est. Talis est ergo huius p̄portio symphonie, qualis est habitudo huiusmodi numerorum. 864. & 136.  $\frac{11}{15}$ .

Ceterum uelim hasce uigesimas, ab eo, qui in ædendarum cantionū palestram descensurus est, rariuscule usurpari. Quod si omnino uitare nequeas, tum id maxime uocum & modorum numerositate uarietateq; accitus, & ceu adactus facias.

Sed omniū horū typū à radicib⁹ cōsonatiarū pueris contemplandū subiicim⁹.

Consonan-  
tiæ aut sunt,

|                            |  |   |               |
|----------------------------|--|---|---------------|
| Perfectæ,<br>ut            | Octaua, aliás diàpason,  | habens se<br>p̄portione   | Dupla.        |
|                            | Quinta, aliás dià pente,   |   | Sesquialtera. |
| ut                         | Quarta, dià tessaron.  | p̄portione  | Sesquitertia. |
|                            | Duodecima, dià pason cū dià pente,   |   | Tripla.       |
| Imperfectæ, ut             | Quintadecima dis dià pason,  | p̄portione  | Quadrupla.    |
|                            | Decimanona, dis dià pason cum<br>dià pente.  |   | Sextupla.     |
| Consonan-<br>tiæ aut sunt, | Tertia   | Maior, ditonus fit p̄portione superpartiente<br>decem & septem sexagesimas quartas.                                     |               |
|                            | Sexta  | Minor semiditonius, constans proportione<br>superpartiente quinq; uigesimas septima.                                    |               |
| Imperfectæ, ut             | Maior, dià pente cum tono, constans p̄por-<br>tione superpartiente undecim sextas decimas.                             |   |               |
|                            | Decima   | Minor, dià pente cū semitonio, habens in p̄-<br>portione superpartiente primam & octoge-<br>simam quadragesies septies. |               |
| Imperfectæ, ut             | Maior, dià pason cum ditono existens in pro-<br>portione dupla superpartiente decem & sep-<br>tem trigesimas secundas. |   |               |
|                            | Tredeci-<br>ma   | Minor, dià pason cū semiditono ,in p̄portio-<br>ne dupla superpartiente decē uigesimas septimas                         |               |
| Imperfectæ, ut             | Maior, dià pason cum tono & dià pente, cō-<br>stans tripla superpartiente tres octauas.                                |   |               |
|                            | Decima-<br>septima   | Minor, dià pason cū semitonio & dià pente,<br>constans tripla, primam & octogesimam tre-<br>decies superpartiente.      |               |
| Imperfectæ, ut             | Maior, dis dià pason cum ditono, constans<br>p̄portione quintupla sesquicentadecima.                                   |   |               |
|                            | Vigesima   | Minor, dis dià pason cū semiditono, constas<br>quadrupla superpartiente uigesimam septi-<br>mam uigesies.               |               |
| Imperfectæ, ut             | Maior, dis dià pason cū tono & dià pente cō-<br>stans sextupla superpartiente tres quartas.                            |   |               |
|                            |  | Minor, dis dià pason cum semitonio & dià<br>pente, constans sextupla quasi sesquitertia.                                |               |

## I O. F R O S C H I I.

## C A P V T

## X I.

Demonochordi & fidium descriptione cum numerorū ad plitatione uaria, ob oculos ponenda.

**N**VNC præstandum est, quod non semel iam de fidibus harmonicis, de diuisione monochordi, & id genus aliis supra promisimus, eorum nempè, quæ ibi proferebant, typum nos ob oculos præstituros, id quod hoc modo ceu factum accipias.

Primum subiecta est oculis linea effigiem chordæ referens, quæ iuxta rationem harmonicā, modo supra descripto diuisa, punctis ipsi⁹ sectionis, literis subinde ad signatis, lineisq; exinde ductis, fidium quantitatē in longitudine demonstrat, hac præmonitione facta, ut in supputando ac diuidēdo chordam, circino à punto. t digrediaris.

Deinde adiecti sunt huiusmodi literis numeri, secundum eorum analogiam numerorum & aucti & minuti, quorum proportionē semitonium habere ueterum testimoniis proditum est. In numeris enim non est inuenire minores his tribus, præcipue numero. 64. qui ab octonario in seipsum ducto nat⁹ est. Deinde. 72. &. 81. qui duas sesquioctauas continuas æderent. Sed neq; tum prior sesquitertium, cuiusmo di proportione  $\Delta\alpha\pi\epsilon\sigma\alpha\rho$  fit, in unitatibus habere potest, quin singuli ternario multiplicentur. Hoc enim facto, singuli prædicti, singulos hos numeros. 192. 216. 264. & 256 procreabunt: quos ob hanc inter cæteras uel unam causam tetrachordo  $\nu\tau\epsilon\beta\omega\lambda\alpha\omega$  adaptati⁹, ne uel minorū numerorū in minutis redigēda tenuitas, uel maiorū ad cumulata pfunditas, insuetos forte nouiorū animos obtunderet.

Proinde principio disponitur numerus. A. 768. cuius dimidium est. a. 384. unde fit proportio dupla: sed numerus ille. a. dimidiatus reliquit numerum. aa. 192. ad numerum. a. in dupla, ad. A. uero in quadrupla habentem.

Deinde adiicitur numerus. E. 512. ad. A. numerū sesquialter, & ad. a. sesquiterti⁹ cui⁹ dimidiū numer⁹. e. 256. ad A. tripla est, numer⁹ uero ee. 128. eo est in sextupla.

A d hæc disponit numerus. h. 341.  $\frac{1}{3}$ . ad. E. sesquialter, cuius dimidiū. h. 170.  $\frac{2}{3}$ . ad. E. in tripla est, sed ad. B. 682.  $\frac{2}{3}$ . sesquialterū ad. E. scilicet est in quadrupla.

Iam uero adiicitur numerus. G. 432. ad. a. sesquioctauus, hui⁹ dimidiū fit. g. 216. id si additum illi fuerit, excrescit. C. 648. ad eundem in sesquialtera consistens. Quod si. C. dimidiaueris, superat. c. 324. qui etiam dimidiatus efficit. cc. 162. quorū hic in quadrupla, ille in dupla est ad. C. numerum. Cæterū disponitur numerus. F. 486. ad. c. sesquialter, cuius dimidiū fit numerus. f. 243. habens ad. c. 256. perinde ac semitonium.

Super hæc adiicitur numerus. D. 576. ad. a. numerum sesquialter, cuius dimidi est. d. 288. quod ipsi toti additum efficit. Γ. 864. sesquialterum ad. D.

Numerus uero. dd. 144. ad. D. quadruplus, fit ad. Γ. sextuplus.

Tandem iungitur numerus. b. 729. ad. F. sesquialter, cuius dimidium. b. 364.  $\frac{1}{2}$ . est ad. F. in sesquitertia. Sed. bb. 182.  $\frac{1}{2}$ . est ad. b. 729. in quadrupla proportone.

Hæc numerorum applicatio est ad dextram ipsius chordæ.

Chordæ diuisæ  
adiiciuntur lite  
ræ in punctis di  
uisionis.

Porro.

## M V S I C A

Consonantiae  
chordæ inscrip-  
tæ.

Duplex nume-  
rus nenuis in  
scriptus.  
Tetrachordum  
Mercurii.

Recentiorum  
chordæ non ha-  
bent numeros.  
Quinque tetra-  
chorda inscripta  
Tetrachorda om-  
nia decem & sep-  
tem.

Porrò ad illius leuam est cernere singulas consonantias è singulis suis terminis, ductis hinc inde circuli portionibus, coalescere.

His quoque accedunt dextrorum inscripta veterum chordarum nomina, iuxta lineas, quarum unaquæqua suam indicans chordam definit.

Iam nenuis huiusmodi duplex numerorum ordo inscriptus est. Superior numerus in primis quatuor digitis, primos nenuos, ac tetrachordum illud Mercurii indicit, instar nempe mundanae Musicæ dià pasōn, dià pénte, dià tessáron ac tonum continens. Deinde ostendit quoque post illud tetrachordum adiecta sit ordine. Inuentorum autem earundem ob instituti breuitatem nullā facit mentionē.

Inferior numerus constantem omnium chordarum utcunque inuentarum dispositionem & ordinem demonstrat.

Quæ autem à recentioribus additæ sunt fides nullum numerum nec in hoc nec in illo habent ordine, discriminis causa adiectum.

Demum adnotata sunt & quinque huius generis diatonici tetrachorda, in qui bus troporum ac rationis canendi sedes, & ceu loci sunt com-  
unes. Quod si quis totam hanc modulationis constitutionē

pœnitius inspiciat, inueniet præter ea, quæ ficta præbet

Musica, tetrachorda decem & septem, pentachor-  
da sexdecim. Sed nunc sublata manu de-  
tabula succeder typus ipse  
omnium pri-  
mus.

Sequitur tabula.



H E M I C Y C L I O R V M  
literæ perfectas, figure ve-  
ro consonantias imperfe-  
ctas certo representant  
numero.

DIS DIA PASON CVM TONO

Domingo, Lunes, Martes, Miercoles, Jueves, Viernes, Sábado, Domingo

Sexta tono: Sexta, Quinta, Cuarta, Tercia, Segunda, Primera, Sexta

Quinta tono: Quinta, Cuarta, Tercia, Segunda, Primera, Quinta

Tercia tono: Tercia, Segunda, Primera, Tercia, Segunda, Primera

Arrows indicate specific mode assignments for each day of the week.


ORDO quo primum chordæ inueniæ.  
 constans ueterum chordarum ordo.

|   |    |   |    |    |   |   |   |   |   |    |    |    |    |    |    |    |    |   |   |   |   |
|---|----|---|----|----|---|---|---|---|---|----|----|----|----|----|----|----|----|---|---|---|---|
| C | 15 | 0 | 10 | 11 | 9 | 1 | 5 | 6 | 2 | 16 | 3  | 7  | 8  | 4  | 14 | 13 | 12 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| O | 1  | 0 | 2  | 3  | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9  | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 0 | 0 | 0 | 0 |

ee 128.  
 dd 144.  
 cc 162.  
 bb  $170 \frac{1}{12}$   
 aa  $182 \frac{1}{12}$   
 aa 192. Nete hyperboláxon.  
 g 216. Paranéte hyperboláxon.  
 f 243. Trítē hyperboláxon.  
 e 256. Néte diezeugménon.  
 d 288. Paranéte diezeugménon.  
 c 324. Trítē diezeugménon.  
 h  $341 \frac{3}{12}$  Paramésē.  
 b  $364 \frac{6}{12}$  Syzeugménon.  
 a 384. Mésē.  
 G 432 Lichanòs mesón.  
 F 486. Parhypáte mesón.  
 E 512. Hypáte mesón.  
 D 576. Lichanos hypáton.  
 C 648. Parhypáte hypáton.  
 B  $682 \frac{8}{12}$  Hypáte hypáton.  
 b 729.  
 A 768. Proslambanómenos.  
 G 864.

TETRACHORDVM hyperboléon.  
 TETRACHORDVM diezeugménon.  
 TETRACHORDVM syneníménon.  
 TETRACHORDVM ME SÓN, hoc est, mediæ  
 TETRACHORDVM HYPATON, hoc est, prín-  
 Cipalium.

TONVS  
 Dia tessaron.  
 Tetrachordum Mercurij.  
 DIA PASON.



## I O. F R O S C H I I .

## C A P V T X I I .

De tribus Melodiæ generibus, & eorum partiali  
monochordi descriptione

**V**E T E R E S plerique tria melodiæ genera commemorant, diato-  
nicum, chromaticum, & enarmonicum, quorum tertium ac medium ab  
usu recessit, primū uero diatonicū, per tetrachorda tono, ac tono, semi-  
tonioq; cōtexta pcedens, (id quod naturalius, & Platonis de mūdana  
Musica doctrinæ magis adpositum est) in usu permanxit, atq; hodie per-  
manet. Quanquam multa de his adserentē neq; Musicæ recens tyrunculus capiet  
neq; huius negocii breuitas admittet, quatenus demonstrare par erat. Quia uero  
huius quidpiam nos adlaturos promisimus, monochordi portionem quandam p  
nostra tenuitate diuidendā adsumpsimus, applicatis iuxta Boetii disciplinam nu-  
meris, quos minores acciri ratio non ferebat

Ex monochordo igitur diatonicō prius diuiso, sume linea, a t. eamq; ad iustā  
& operationi cōgruā longitudinem intensam, in duo æqualia diuide in pūcto. aa.  
Rursum eandem diuibus sectionibus in tria æqualia diuide in punctis. e. & ee.  
iamdudum in descripto monochordo cognitis.

Erunt ergo. aa. Nète hyperbolæō, & e. Nète diezeugmenon, ædentes alia ad  
aliam dià tessáron in sesquitertia, & diatonicos, & chromaticos, & enarmonicos.  
Porró. a. fiet  $\mu\epsilon\sigma\eta$  habens ad. aa. dià pason in dupla, & ad. e. dià pente in sesquial-  
tera.

Mox accipe octauā lineā, aa t. quam illi subdas in pūcto. g. ut fiat linea. g t Erit  
igitur. g. paranéte hyperbolæon diatonicos, habens ad. aa. tonū in sesquioctaua.

Deinde sume distantiam, quæ est inter illas Néten. aa. & paranéten. g. nimirum  
octauam. aa t. & eam arithmeticos in duo æqualia diuidas, ita, ut eius dimidiū fiat  
néte hyperboleō pars sextadecima. Hanc ergo sextamdecimā ad paranéten diato-  
nicam. g. subiice in pūcto. K. & fiet. K. paranéte hyperbolæon chromatica.

Quòd si octauam de. g t. desumptam illi subiicias in pūcto. f. procedet linea. f t  
habens se itidem ad. g t. in sesquioctaua, tonum sonando, uelut antehac in superio-  
re monochordo. Hec. f. & diatonicos & chromaticos triten hyperbolæon, enarmo-  
nico uero paranéten hyperbolæon constituet.

Tandem diuide distantiam inter. f. & e. in duo æqualia in pūcto. l. huiusmodi  
æqualia erunt duo nostris semitonii dimidia & ceu binæ diæses. Sed. l. erit enarmo-  
nicos trite hyperboleon.

Hactenus diuisum est tetrachordū hyperbolæon in tribus melodiæ generibus.  
Nunc ad tetrachordum diezeugmenō diuidendum procedamus. Vbi primum il-  
lud præmonendum est, quoniam hoc tetrachordum etiam dià tessáron constat, li-  
neam. e t. diuidēdam esse in tres partes æquales, earum unam ad. e. subiicias in pū-  
cto. h. unde fient. e. Nète diezeugmenō, & h. paraméte & diatonicos & chromaticos  
& enarmonicos, alia ad aliam dià tessáron in sesquitertia sonantes.

C

## M V S I C A

Preterea octauam lineæ, et desumptam illi subdas in punto. d. & erit. d. para  
néte diezeugménon diatonicos, ædens tonum.

Deinde dimidium distantia inter. e. &. d. acceptum, ad. d. ipsam paranéte die  
zeugménon diatonicum subiice in punto. n. & erit. n. paranéte diezeugmenon  
chromatica.

Ad hæc desumpta octaua lineæ. d t. & ipsi. d. subiecta in punto. c. triten die  
zeugmenon efficiet, tonum resonando & diatonice & chromatice. At enarmoni-  
ce erit paranéte diezeugménon. Sed & distantia inter. c. &. h. semitonium edenté,  
in duo æqualia diuide in punto. m. & dabit. m. tritè diazeugménō enarmonicā.

Habes hoc pasto tetrachordum diezeugmenon in hisce tribus generibus descri-  
ptum. Nūc tetrachordum synéménon perlustremus. In quo iam ad manum sunt,  
in primis, 8'. d. paranéte dudum diezeugmenon, nōc uero nétes synéménon locū  
obtinens, &. a. ipsa mése, alia ad aliam dià tessaron, & hoc tetrachordū synéménō  
diatonicos, chomaticos, & enarmonicos continent & constituentes.

Tum quoq; in promptu est. c. quæ modo trite diazeugménon erat, nūc para-  
néte synéménon diatonicam constituit.

Quod supereft, sume dimidium distantia inter. d. &. c. quod subiicias ad. c. in  
punto, p. & fiet. p. paranéte synéménon chromatica.

Deinde sumas octauam de. c t. eamq; illi adiicias in punto. b. erit ergo. b. trite  
synéménon, & diatonicos, & chromaticos: enarmonice uero paranéte synéménō.

Iam age diuidas distantia inter. b. triten hanc &. a. mēsen illam in duo æqua-  
lia in punto. o. & erit. o. trite synéménon enarmonicos.

Hæc omnia si bene operatus fueris, habes hucusq; tria tetrachorda, nempe hyperbolæon, diezeugmenon, & synéménon in tribus generibus diatonicos scilicet, chromatico, & enarmonico, circino diuisa. Quibus admodum præscriptum dispo-  
sitis, iam & numeros literis ipsis applicemus.

Numerorum ad applicatio diut sioni in tetra chordo hyperbo leon. Præterea sit. aa. néte hyperboleō, scilicet numerus. 2304. ad quem subiiciatur.  
a. mēse. 4608. duplus. Mediūs inter hos conlocetur. e. 3072. sesquialter ad hūc,  
ad illum uero sesquitertius.

Deinde sumatur numeri. aa. pars octaua, nimirum. 289. & adiiciatur ipsi nume-  
ro. aa. & excresce sesquiottauus numerus. g. 2592. habens ad. aa. tonum. Quod si  
prælibatæ octauæ. 288. scilicet dimidium, quod est numer⁹. 144. numero illi. g.  
addideris, fiet numerus. K. 2736. paranéte nimirum hyperbolæon chromatICA.

Iam uero si acceperis numeri. g. octauam, nempe. 324. eamq; illi adieceris, fiet  
nummer. f. 2916. resonans ad. g. tonum, sed ad. e. semitonium.

Porrò numerorum. f. & e. differentia est. 156. cuius dimidium, nempe. 78. si nu-  
mero. f. addideris, proueniet numerus. L. 2994. enarmonicos trite hyperbolæon  
& ad. f., & ad. e. diesim utrinq; constituens.

Numerorum ad applicatio in te trachordo die zeugmenon. Trium itaq; generum fides per hoc tetrachordum numeris applicatis perlustra-  
uimus. Nunc per diezeugmenon tetrachordum eodem modo transeamus. In quo  
Nétes diezeugménō locū obtinet numerus. e. 3072. supra recensitus, cuius tertia  
nummer scilicet. 1024. ipsi adiecta procreat numerū h. 4096. sesquitertium, dià  
tessaron

## IO. F R O S C H I I.

tessaron ac limitem huius tetrachordi præstinentem.

Tum numeri, e, pars octaua, que est. 384. ipsi adiecta facit numerū, d, 3456. sesquioctauum ad, e, Verum ipsius octauæ dimidium numerus nempe. 192. numero illi. d, adiunctum efficit numerū. n. 3548. huiusmodi est paranete diezeugmenon chromatica.

Numeri quoq; d, pars octaua, que est. 432, ipsi. d, numero adiecta efficit numerū. c, 3888. qui ad. d, tonum, sed ad. h, semitonium ædit, quod si suum ipsius tantie inter. c, & h, que est. 208. dimidium putà numerum. 104. numero, c, addideris, fiet numerus. m. 3992. enarmoniam triten diezeugmenon cōstituens, diesim & ad, c, & ad. h, numerus referens.

Habes numeros per tetrachordum diezeugmenon in tribus generibus adplicatos, iam ad tetrachordum synēmenon transeamus. Vbi numerus, d, 3456. supra dictus locum Netes synēmenon per tria genera obtinens, ad. a, mesen. 4608. dià tessaron, limitemq; huius tetrachordi constituit.

Numerorum  
adplicatio in te-  
trachordo synē-  
menon.

Porro numerus. c, ad. d, numerū sesquioctauus est, & paranete synēmenon dia tonica, amborum differentia est. 432. Cuius dimidium nempe numerus. 216. numero. c, additum facit numerum. p. 4104. cuiusmodi est paranete synēmenon chromatica.

Preterea nūero. c, sua ipsius octaua, nempe. 4.86. ablata, & eidem toti addita facit numerū. b, 4374. ad. c, tonum, ad. a, uero semitonii habentē. Proinde differentia inter. b, & a, est numerus. 234. cuius dimidiū, uidelicet. 117. numero. b, ad iectum efficit numerum. o, 4491. qui tritcn, synēmenon enarmonice constituit, utrinque utraque diesim faciens.

Verum de his plus satis, Nam qui cetera tetrachorda hunc admodum perstrinere uoleat, exemplum habet ab hac descriptione desumendū, quam ob oculis arbitror subiectam esse potius, quam silentio præteritam, tantum ne omnino ignota sunt hæc melodie genera.

Totum mono-  
chordum diafras-  
rus habet hic ex-  
emplar.

Hinc etiā uidere licet quam ob causam hæc duo genera chromaticū scilicet ac enarmoniciū ab usu canendi defacerint, nempe quia utrumque genus uocū differētias aliquantas ratiōe tenus perpendit, alterū quidē minores, alterum uero ab harmonia alieniores, quā ut eas iudicium auris uel cōprehendere, uel ratio adprobare queat. Ideoque neutrū ab omni parte, secundū harmoniæ analogiā, uel perfectum est, uel absolutum, Chromaticum ut potè semitonium minorē harmonice, ac toni dimidiū ab harmoniæ ratione diuersum complectens, sed enarmonicum ut quod duos tonos harmonice, sed semitonii nostratis dimidiū aliter quam harmonica ratione desumptum cōtineat, Quo fit, ut quamvis ratio tales proportiones, tonorū scilicet, ac semitoniorum dimidia, cōsyderet, tamen ob id nō adstipuletur illi sensus, quod eas nō certo atq; euidenter percipit, Vnde nec iudiciū harmonicū rationis & sensus concordia procedens neq; colligi, neq; distari potest, cuiusmodi.

Melodie gene-  
ra duo cur reie-  
cta.

Musica partim ratione, partim sensu constans expostulat,  
Sed hæc minutiarum uice de generibus canendi delibasse sufficiat.  
Nunc sequitur chordæ portio, ad modum præscriptum diuisa.

Aristoteles  
phistic 2.

| IN<br>Diatonico. |                       |         | G E N E<br>Chromatico. |                      |                      | RE<br>Enarmomico. |                  |  |
|------------------|-----------------------|---------|------------------------|----------------------|----------------------|-------------------|------------------|--|
| aa 2304          | Néte hyperbolæon.     |         | aa 2304                | Néte hyperbolæon.    |                      | aa 2304           | Néte hyperbolæon |  |
| g 2592           | Paranéte hyperbolœ    |         | k 2736                 | Paranéte hyperbolœon |                      |                   |                  |  |
| f 2916           | Trite hyperbolæon.    | f 2916  | Trite hyperbolæon.     | f 2916               | Paranéte hyperbolœo. |                   |                  |  |
| e 3072           | Néte diezeugménon     | e 3072  | Néte diezeugménon.     | I 2994               | Trite hyperbolæon.   |                   |                  |  |
| d 3456           | Paranéte diezeugménon | d 3456  | Nete synemmenon.       | d 3456               | Néte synemmenon.     |                   |                  |  |
| c 3888           | Trite diezeugménon    | c 3888. | Trite diezeugménon     | c 3888               | Paranéte diezeugmén  |                   |                  |  |
| H 4096           | Paraméle.             | H 4096  | Paraméle.              | m 3992               | Trite diezeugménon.  |                   |                  |  |
| b 4374           | Trite synemmenon.     | b 4374  | Trite synemmenon       | b 4274               | Paranéte synéménon.  |                   |                  |  |
| a 4608           | Méle.                 | a 4608  | Méle.                  | o 4491               | Trite synemmenon .   |                   |                  |  |
|                  |                       |         |                        | a 4608               | Méle .               |                   |                  |  |

## I O. F R O S C H I I.

C A P V T X I I I . Quædam theoremat a  
è collatione harmonica demonstranda obiter  
proponuntur.

**S**I Q V I S , modo diligens lector, hæc minutula utcūq; parcè plata, sc-  
cū ipse sèpius pensitauerit, cō pluscula Musicorū, uulgo quidē iactata, sed  
breuiter acscite dicta, eāq; nō sine arcano harmonico, iniisdem iuueniet, aut  
iam explicata, aut impendio facile explicanda: qualia non nulla tibi hoc  
loci adducenda censum⁹, quo usq; reliquos Autores possis adire.

Solet aut̄ non sine ueterū autoritate plerūq; iactari, dià tessaron & dià pente, cō-  
sonatiā dià pason constitueri, id qd& alias ad hūc modū effertur: Primos om̄ sup-  
particulares duos coniūctos, primā multiplicē pportionē efficere. Qd quidēuerū es-  
se cōprobatur. Nā sesquialtero & sesquitertio, duob⁹ scilicet suppaticulariū primis  
medio termino utrisq; cōmuni cōiunctis, prim⁹ termin⁹ ad tertium, hoc est maxim⁹  
ad minimū, in dupla, multipliciū prima proportione habebit dià pason sonante.

Quod si multiplicē primū, nēpē duplū suppaticulariū prio, sesquialtero scz addi-  
deris, secund⁹ multiplex, triplus nimirū enascetur, dià pason cū dià pente sonans.

Cui si secundū suppaticularē, uidelicet sesqtē tertii adieceris, quadruplus, tertius  
in quā, multiplex pcedet, dis dià pason resonās, cuiusmodi oīa in numeris uidetur.

Idcirco sumū opere notandū erit, in primis dià pason omniū optimā & ceu per-  
fectissimā consonantiā esse. Mox dià pente, pindē altera illarum semp in grauiorē  
partem disponatur. Deinde dià pason cū dià pente superne aut dià tessaron. Quæ  
ratio consonantias conlocandi ut optima Nicomacho apud Boetium uidetur, ita  
Musicae scientissimus quisque illam hodie obseruat.

Hoc quoque constat, omne tetrachordum in sesquitertia dià tessaron, & omne  
pentachordum in sesquialtera dià pente habere.

Iam uero per Musicorū compita consuetū est & illud iactari, Tonū in duo æqua  
lia diuidi non posse. Quod ex eo maxime constat, quia nulla suppaticularis habi-  
tudo, integro numero, in æquales integritates diuidi potest. Nullus enī terminus  
suppaticularē ita dimidiare potest, ut quā ille pportionē tenet ad maximū, eandē  
habeat & ad minimū. Qd supputatiōnō occurret quo sit, ut tonus in æq; lia diuidi

Quanquā autē ex eo quod tonus æquis pportionibus partiri (non possit.  
nequit, necessum est bina toni dimidia, semitonia in æqualia fieri, nostrū tamen se-  
mitoniū, quo utimur in genere diatonico, nō solum eatenus minus appellatur, qua-  
tenus nec tonus æquis pportionibus diuiditur, sed quū ita ratiōe harmonica, & ceu  
ipsa natura comparatū est, ut dià tessaron in sesquitertia, dià pente uero in sesquial-  
tera, pportione habeat, tum sublatis à dià tessaron duabus sesquioctauis continuis,  
hoc est duobus tonis, id quod supeſt, semitonii minoris habeat pportiōe. Idem est,  
quod tribus à dià pente sublatis sesquioctauis aut tonis remanet.

Consequitur ergo dià tessaron duobus tonis & semitonio. At dià pente tribus  
tonis semitonioq; minori constare, perindē ac in superiori diatonici monochordi  
descriptione, sicut & sequenti uidere licet.

Dia tessaron et  
Dia pente con-  
tinente Dia pa-  
son faciunt-

Macrob. 1. c. 6.  
Boet. 2. c. 11. 24.  
et 27. et Lib. 3. c.  
teruo.

Dia pason  
cum Dia pente

Dis dia pason.

Ratio concor-  
dantiarum.

Tonus in duo  
æqualia diuidi  
non potest.

Semitonium  
minus demon-  
stratur

Dia tessaron  
Dia pente

## M V S I C A

Porrò semitonium maius, residuum illud est, quod à trib⁹ sesquioctauis continuis, id est tribus tonis continenter dispositis, sublata dià tessáron, relinquitur, quod & Apotome dicitur. Hæc à diatonici generis modulatione quasi aliena, inter contexti modos ideo non recipitur, quia inter fides Musicas non ubilibet locū habet, neq; referri potest quois, unde uel dià tessáron uel dià pente resonet. Nā tetrachor di synéménon apotome, ut supra uisum est, in fidibus paraméses & trites synéménon cōlocata ostendit: illa uero sola numerorum adplicatione tetrachordo die zeugménon adposita demonstratur.

Semitonium  
maius apotome  
dicitur. & quare  
inter canendi  
modos non re-  
cipitur

Diapason sex  
onis minor, &  
quinque maior.  
Boet li. tertio.

Dia pason  
quinque tonis  
& duobus semi-  
toniis constat.

Boet. 2. 34.

Dicitorum de  
monstratio per  
portionis mo-  
nochordi sectio-  
nem & numero  
rum applicatio-  
nem.

Ad hunc ordiné pertinet etiā illud, quod aiunt: Dià pason sex tonis minorē esse, maiorē uero tonis quinq;, quod quidem sic habere oportet. Nam quū dià pason è coniunctis dià tessáron & dià pente fiat, & hæc tonis tribus & minori semitonio, illa uero tonis duobus & huiusmodi semitonio constet, fieri non potest, quin & dià pason tonos quinq;, binaq; semitonia minora contineat. Tonos autē sex nūquam adimpler, sed ubi de sex tonis continue dispositis dià pason sustuleris, residuum relinquitur, quod à Musicis comma dicitur.

Nunc operæ premium erit ad hæc utcunq; demonstranda, etiānum monochordi prioris portionem diuidere, ut hæc clarius perspici queant, huic nimirum & numeros Boetianos adaptabimus, quamuis inuiti. Timemus namq; lectori eos tedium forte futuros, sed quum sesquioctauas totidem continuas in minorib⁹ inuenire nō licet, eos, ut qui, ceu fato quodam impellente, uitari nequeunt, sumus adiecturi.

Lineæ igif. a t. ex monochordo priore desumptæ iungātur hac scilicet leua sex cōparati, ut sex sesquioctauas pportiones continuas constituant, illac uero dextra alteri numeri, parti sesquioctauai priorib⁹ his à leua æquales, partim & sesquioctauai & aliarū pportionum, sed utriq; priorib⁹ inæquales, etiā cum suis & octauis partib⁹ & differētiis, singulis in genere diatonicō sic dispositis, ut iuxta priorem descriptiōnē perfectā dià pason cōstituant. Illa, inquā, linea. a t. primum diuidat in duo æqua lia in puncto. aa. sitq;. a. mése. aa. uero néte hyperbolæon, ut supra.

Rursus diuidatur. a t. in tria æqualia in punctis. e. & ee. Quibus punctis signatis, si adiicias sequentes numeros, nempè ad. ee. dextraq; leuaq;. 26 21 4 4. sed ad. aa. 39 32 16. ad. e. 52 4 288. & ad. a. 786 4 32. idq; dumtaxat dextra, habebunt & lineæ & numeri, aliud ad aliud, iisdem pportionibus supra indicatis, dupla nimirum, tripla, sesquialera & sesquitertia.

Super hæc diuide lineam e t. in tria æqualia, signato inter. ee. & e. punto. h. & huiusmodi tertiarum unam illi subiice in puncto. h. applicatis utriq; dextra numeris. h. 3 4 9 5 2 5 12. &. h. 6 9 9 0 5 0 3.

Deinde sume octauam lineæ. ee t. quam illi subdas in puncto. dd. Cui numerū ē summa. ee. ac illius octaua productum sesquioctauum scilicet. 29 4 9 12. & à dextris & à sinistris adiungas.

Mox octauam de linea. dd t. desumptam illi adiice in puncto. cc. adiuncto illi

dextraq;

22

IO. FROSCHII.

dextraq; lœuaq; sesquioctauo numero. 331770.

Porrò lineæ. cct. octauam suam ipsius subdas in puncto. p. adiecto à sinistris numero. 373248.

Tum uero lineæ. p t. octaua ipsi subiicias in puncto. o. lœua nimurum adiuncto numero. 419904.

Præterea & octauam de, o t. illi ipsi adiicias in pūcto. n. addito quoq; à sinistra numero. 472392.

Quod si demū octaua lineæ. n t. desumpta subiiciatur illi in pūcto. m. applicato ad dextrā & ad lœuā numero. 531441. uidebis & in lineis & in numeris sex sesquioctauas cōtinuas proportiones, sex tonos continuos ædentes constare.

Iam uero ad demonstrandā dià pason perfectā, paratum habes pentachordū ab. ee. ad. aa. usq; tres tonos cum semitonio minori continēs. Quod supereft efficas primum ut octaua de. aa t. accepta ipsi subiiciatur in puncto. g. addito illi dextrosum numero. 442368.

Deinde subiicias huic. g. suam ipsius octauam in puncto. f. adiuncto & à dextris & à sinistris numero. 497664.

Quibus omnibus ad hunc modum dispositis, uel pueru perspicuum erit, dià pason & in chorda & in numeris nempe. e. &. ee. dupla proportione habentem, quinque tonis & duobus semitonis minoribus consistere. Sex uero toni eam commate transcendunt, eiusmodi transcensus est differentia. 7153.

Sed nunc illud secundo sic demonstremus. In promptu sunt à puncto. h. usque ad. f. tres toni cōtinui, quibus tres alios hoc pācto cōnectas. Octauā de. ft. acceptā ipsi subiice in pūcto. l. adiuncto illi, & à dextris, & à sinistris, numero hoc. 559872.

Ad hæc subiice huic. l. suam ipsius octauam in puncto. K. adiuncto à sinistris numero. 629856.

Insuper & ipsi. K. suam ipsius octauā subdas, in puncto. h. addito illi & dextrosum & sinistrosum numero. 708588. quo sane pacto stabunt iterum sex toni cōtinui, à puncto, h. usque ad. h. intensi.

Ad expediendam uero dià pason, in procinctu est pentachordum à puncto. h. ad. ee. usque absolutum. Sumas igitur octauam lineæ. et. eamq; illi subiicias in pūcto. d. una cum numero. 589824. à dextris applicato.

Octauam uero. d t. eidem subde in puncto. c. adiecto à dextra parte hoc numero. 663552.

Demum & octaua. c t. subiiciatur ipsi in puncto. b. cum adplicatione numeri 746496. à dextris facta.

Quod si quis ad hypatas usque totum monochordum, ac plenum modulatiōnis corpus hac ratiōe intensem atq; diuisum cupiat, eum oportet, ut in area ad hoc ipsum parata, lineam iuste longitudinis, & huius operatiōis capacem ducat. Exemplar enim hoc loci habet, quod tum operando uel circino, uel conlocandis numeris sequareis. Proinde scribere de his longius opus non fuerit, quum ipse quæ prædicta sunt tanquam oculis subiecta contempleris.

Hinc enim uidere licet, ut sex toni continui dià pason, commate (sicut paulo ante diximus) transcendunt.

Diuisurus mo  
nochordum to  
tum, reliquam  
portionē instar  
huius dividat.

Sex toni dia pā  
son commate su  
perans.

## M V S I C A

**Comma quid** Comma uero, & si per quaminiutum in chorda emicat, tamē in numeris ordinis superioris sex tonorum, constituit differentiam, nempe. 7153. qua numerus. m. ab numero. e. distat.

**Dia pason.** Sed & dià pason terminis ac numeris octo, interualla septē distincta facientibus quot interualla. constans, tonos nimirū cōpletebitur quinq; duoq; semitonia minora, id quod Vergilius nullius expers disciplinæ innuere uidetur, Orpheum describens obloquentē numeris septē discrimina uocum, & alii post eum certo adfirmant.

**Dia pente &** Constat equidem, dià pente tonis tribus, & semitonio minori, dià tessaron uero  
**Dia tessaron.** tonis duob<sup>9</sup> & semitonio minori contineri, unde fit & dià pason tonis quinq; semitoniiq; duobus, ueluti iam indicatum est, persistens.

**Quid constitutu-** Tonum aut̄ constituant semitonium minus & A potome, ut supra uisum est.  
**at Tonum & Se-** Semitonium minus cōmatibus tribus maius est, minus uero quatuor. Quod tū  
**mitonium.** animaduertes, ubi differentiam p̄libatam. 7153. qua cōma consistit, ternario multipli-  
cates. Nam productum exinde numerorum. f. & e. semitonium ædentium dif-  
ferentiam, numerum uempe. 26624. non exāquat: sed quaternario multiplicata,  
eum transcendent.

Nota hic, sicut hi numeri. f. & e. monochordi prioris semitonium efficiunt, ita  
& f. & e. hoc loci faciunt. Hi namq; ab illis per numerum. 2048. multiplicatis  
excreuerunt.

**Apotome** maior Apotome uero, que & semitonium maius, maior quidē est quatuor, sed minor  
minor quinq; commatibus, quod sic patebit, si comma, hoc est, differentiam. 7153. qua-  
ternario multiplicates, productum enim differentiā numerorum. e. & l. quib<sup>9</sup> A po-  
tome constat, numerum uidelicet. 35584. tum non attingit, sed si illam quinario  
multiplices, eum excedit.

**Tonus** maior Hinc est, quod & tonus octo sit commatibus maior, nouem uero minor. Nam si  
differentiam. 7153. octonario multiplicates, productum illud numerorum. f. & l.  
minor tonum sonantium differentiā, scz numerum. 62208. non æquabit, quē nouenario  
multiplicata transcendet.

Quod si comma, id est numerum. 7153. ipsi apotome abstuleris, iterum semito-  
nium minus in numeris. l. & m. constans relinquitur. Nam. l. numerus hahet ad  
o. dià tessaron à qua sublatis duobus tonis, ipsum semitonium remanet.

**Dieses quo modo** Si uero differentiam alicuius semitonii, puta numerum, 26624. aut quemuis  
do constent. alium arithmeticos dimidiari, & alterum dimidiorum minori termino, siue. f. si-  
ue alii adieceris, binae dieses & in lineis & in numeris stabant, ueluti supra in genere  
enarmonico uisum est.

**Macrobi. 2. ca.** Atq; hæc satis expectationi tuae faciant, qui præter leuicula minuta nihil à me  
expectas, cum neq; Macrobi tractatus de Musica terminum habere uideantur. Ne  
igitur quicquā ab omni parte perfectum hoc loci desyderes, quamuis puero hisce  
minutiis probe iuistructo, & ceu manuductione usuro, facilem ad eos, quiccum disci-  
plina grauitatem coniunxerunt Autores, accessum fore crediderim. Nam dimi-  
dia commatis schismata, & semitonii diaschismata nimirum, prudens prætero.

Nunc typum promissum subiiciamus.

SESQVIOCTAVI  
ab octuplo.

|                                      |         |            |
|--------------------------------------|---------|------------|
| Octaue. partes.                      | 262144. | ee         |
| Tonus. I.                            | 32768.  | 294912. dd |
| Tonus. II.                           | 36864.  | 331776. cc |
| Tonus. III.                          | 41472.  | 373248. p  |
| Tonus. IIII.                         | 46656.  | 419904. o  |
| Tonus. V.                            | 52488.  | 472392. n  |
| Tonus. VI.                           | 59049.  | 497664. f  |
| Semitoniu[m] min[us] commate sublate | Tonus.  | 531441. m  |
| Dia trillation.                      | 62208.  | 559872. l  |
| Tonus.                               | 69984.  | 629856. k  |
| Tonus.                               | 78732.  | 708588. h  |
| Semitonium minus commate sublate     | 37908.  | 746496.    |
| 19968.                               | 766464. |            |
| 19968.                               | 786432. |            |

SESQVIOCTAVI  
& alij numeri ∞

|                           |  |
|---------------------------|--|
| 262144.                   | Octaue partes & differentiae.                    |
| 294912.                   | 32768. Tonus. I.                                 |
| 331776.                   | 36864. Tonus. II.                                |
| 349525 $\frac{1}{12}$     | 17749. Semitoniu[m] min[us] commate.             |
| aa 393216.                | 43690 $\frac{8}{12}$ . Tonus. III.               |
| g 442368.                 | 49152. Tonus. IIII.                              |
| f 497664.                 | 55296. Tonus. V.                                 |
| e 524288.                 | 26624. Semitoniu[m] min[us] commate.             |
| m 531441.                 | 7153. Comma.                                     |
| l 559872.                 | 35584. Apotome.                                  |
| d 589824.                 | 28431. Semitonium sublate commate.               |
| c 663552.                 | 65536. Tonus.                                    |
| h 699050 $\frac{8}{12}$ . | 29952. Semitonium.                               |
| h 708588.                 | 35498. Semitonium.                               |
| b 746496.                 | 9537 $\frac{4}{12}$ . Comma.                     |
| a 786432.                 | 47445 $\frac{1}{12}$ . Apotome.                  |
|                           | 37908. Semito. ablat. commate.                   |
|                           | 87381 $\frac{1}{12}$ . Tonus.                    |
|                           | Differentia 39936. Semitoniu[m] min[us] commate. |

DIA PASON

dia pente.

dias.

tonis.

MUSIC  
CAPUT X I I I.

de connectendæ cantionis  
modis & tropis.

Consonantia  
in utroque termi-  
no existunt

Sonorum differentias haec tenus præbuimus cōtemplandas, quatenus illarum termini, alius ad alium, multigenis quidē, sed iucundis & suauibus cōsonantiis refertur, unde relationes sunt reales, et ut uocant, equiparantia, ob id, quod sensus audiendi consonantias huiusmodi percipit permixtas ea ratione, qua sunt in eo, & quod refertur, & ad quod fit relatio. Proinde cōsonantia ex uariarum uocum concentu, uno temporis instanti, continue nascens, ratione suanitatis est in utroq; terminorum.

Modi protelan-  
dae cantionis de-  
scribuntur.

Non statim  
modus est, ubi  
consonantia, ne  
que consonantia  
ubi modus.

Dia pasonimo  
dus in uno termi-  
norum duplo, in  
altero simplaris  
rationem habet,  
neque in utroque  
terminorum con-  
sistit.

Modi connect-  
di sunt nouem.

Modi contex-  
tus, quos tropos  
aut tono uocant,  
sunt octo.

Cæterum hæc ad minutiarum rationē satis arbitror utcunq; adiecisse.

Nunc ad alias, alia ratione consideratas differentias, transeamus, eas uidelicet, quibus connectende ac texende cantionis modi: ac diastema consistunt.

Hi tametsi constent iisdem fere proportionibus & differentiis, quibus cōsonantiae, tamen respectus earum non habent perinde ac illarum scilicet consonantiarū.

Non enim statim modus est, ubi fuerit consonantia, neque protinus consonantia ubi modus est. cuius termini simul non permiscetur, quos nec rationis iudicium, uno & instanti, sed successivo temporis articulo, percipit atq; discerit, quin ipsi succedentes inuicē, aliis alii coherent, Id quod discretè in modo  $\Delta\alpha\omega\sigma\alpha\omega\mu$  est cernere, ubi neuter terminorum alteri miscetur, sed dupli habitudinem hic in duplari, illic uero in simplari termino dimidii proportionem rationis animaduertit, unde coherentiam huiusmodi harmonico modo cōparatam, & cœnoscit, concinnatam approbat. Non item fit in consonantia

Modus autem connectendi, eti antiquitas dumtaxat septem intra  $\Delta\alpha\omega\sigma\alpha\omega\mu$  comprehensos enumerarit. Posteritas tamen illis tonum cum dia pente, itemq; semitonium cum dia pente adiiciens, nouem adsignavit, quos diatonici generis & usus & ratio admittit. Hi nemp̄ sunt tonus, semitoniu, semiditonu, ditonus, dia-tessaron, dia pente, tonus cum dia pente, semitonium cum dia pente, ac dia pason, siquidem his omnis suauiter animum adficiens canticum cōtexitur Nihil igitur moratur eos, qui preter hos alios quoscunq; modos posuerint.

Sed neq; grauabimur hoc loci admonere, talium modorum contextum, & constitutionem, modis item fieri compluribus, eos tropos ac tonos cōtionis antiquiores nominavit. Quo circā nostri seculi Musicis cum ueteribus cōuenit in hoc quod utriq; adnumerato septenis prioribus hypermysoydio ( quem Ptolomeus, ut fama est, adiecit ) tonos octo constituant.

Tametsi tredecim apud Aristoxenum & uolateranum toni dinumerentur, nostre tamen Musici fælicitate temporum, quibus bone litere ab iniuria uendicata, in hanc sententiam adducti sunt, ut illis cū Boetio & reliquis, tonorum numerum octonario finiuisse sufficiat.

Quangam

## IO. FROSCHI.

Quinquam uulgo tristissimum, & nemini ignotum est, tonis à gentibus, que iisdé delectatæ sunt, indita fuisse nomina, ut potè Dorio, Phrigio, Lydio, & Mysolydio, quorum tres priores instituerunt ii, quos Plinius libro Septimo, capite. 22, inuenientes percenset. Quum uero, & illo citante, sint Autotes, transisse ex Europa in Asiam Mysas & Phrygos, à quibus adpellati sunt Mysi, & Phriges, & Lydia eodem adtestate, pri⁹ Mæonia noiata, Phrygia ab exortu solis uicinat, ad Septentrionē Mysi e conjectura est & Mæonios Mysolydos esse dictos, uelut Mysomolitæ aut Mysomacedones dicuntur, Inde quoque Mysolydio modo nomen inditū fuisse.

His præterea quatuor tonis successu temporum subiecti sunt hypodorius, hypophrygius, & hypelydius, & hypermysolidius:

Neque me fugit, id quod Boetius tradit, omnibus quidem acutiorem esse modum, qui inscribitur hypermysolidius, omnibus uero grauiorem, qui hypodorius: Non ausim tamen adfirmare an hic sit is, qui æuo nostro inter tonos numero secundus est, an ille, qui modo uel septimus uel octauus est.

Verum ut ingenue dicam, aut ego ueterum designationes minime sum adsecutus, & quod humanum est, fallor: aut eæ, quæ ad nostram usque deuenerunt ætam, eiusmodi omnino non sunt, quiles illæ, sed nouatæ, ueluti plerique id genus alia immutata fuerunt.

Id enim ex hoc è multis uno amni aduertere licet, quod non æque primi toni, qui dorius æstimatur, constitutio fit, ubi sextum, hypolydium nempè putatium, semitonio intenderis, neq; statim hypophrygius, qui nobis quartus est, constituit, ubi sextum, hypolydium scilicet tono remiseris.

Proinde hi tres æqualibus connectendi modis non constant, sed habent singuliuos modos peculiares, ut infra patebit.

Vnde iam uel puero perspicuum fieri puto, non usquequaque in nostri seculi tonos quadrare, id quod ueterum literis proditum est. Si quis uidelicet, troporum cōstitutiones interim tono, interim semitonio, uel intendat, uel remittat, alias & aliros subinde modos constitui, quāuis hoc ipsum non nihil adhuc antiquitatis redoleat, eò quod tonus numero tertius, hodie perindè ac olimphrygius, duriori affectuum incitatius est, Sextus uero, quem hypolydium accipimus, affectus leniores & ceu mitiores ciet.

Vt igitur cuique liberum relinqimus, tonis hæc prisca tribuere nomina, ita nec ipsi magnopere cum ea pugnamus opinione, quod non ipsis eadem coaptentur, modo non ignores, quod recentiores Musici secundum ordinem haſtenus inuulgatum eos denominant, quo sane Dorius primus est, Cui succedit hypodorius secundus, deinde phrygius tertius, hypophrygius quartus, mox lydius quintus, & hypolydius sextus, postremo Misolydius septimus, & hypermysolidius octauus.

Præterea & illos bifariam diuidūt, partim n̄iq; sunt Auteti: ut uocat, qui iuxta ordinem sunt ab impari denominati, partim plagales à pari denominati.

Illi supra chordam, & ceu metam finalem, non solum ad quintam, siue dià pente, uerum etiam ad dià pason adscendendum, hi supra sedem finalem ad quintam uel sextam usq; raro, haud saepè ad quartam adscendunt, quam metam & in descēsu non nunquam adprehendunt:

Tonis a genti  
bus nomina in  
dita. Plin. 7. c. 22.

Plin. 5. c. 29.

Boet. 4. c. 15.

Argumentum  
unde conjectura  
fit, tonorum de  
signationes mu  
tatas esse.

Locus Boetii  
memoratus ad  
huc antiquitatem  
redolet.

Tonorum no  
mina hodie nu  
mero et ordine  
priscis coaptan  
tur nominibus.

Toni Autenti  
uel plagales sunt

Tonorum me  
te ac pomeria.

## M V S I C A

*Tonorum connectendi modi peculiares.* Alteri metas sibi præstitutas modis maioribus siue perfectis plerūq; mediis per-  
lustrant, accitis interim modis minoribus.

Alteri huiusmodi metas mediis minoribus, ut potè semitonio, tono, ditono &  
semiditono percurrunt, quas quidé uix unquā & mediātē dià tessáron adtingūt.

*Fides finales tonorum qualitorum.* Finales autē fides sunt haec quatuor. D. E. F. G. hoc est lichanòs hypáton, hypáte  
mésōn parhy pátē mésōn, & lichanòs mésōn, quoniā in illis toni sæpiuscule quasi re-  
qescūt ac demū finiūt, in eorū uero tetrachordis, pétachordis & octochordis sua  
pomeria conlocant. Finiuntur enim in D. Primus & Secundus, In E. Tertius &  
Quartus, seruata  $\text{h}.$  id est paramése utrobique, In F. Quintus & Sextus, paramése ob-  
missa, eiusq; loco .b. fide trites synéménōn adsumpta. In G. Septimus & Octauus,  
paramése quoq; retenta.

*Adfinales tonorum trebus.* Sunt preterea & adfinales, nempe. G. hoc est lichanòs mésōn, a. mésē, & ,c. trite  
diezeugménōn. Eæ nanque tonis easdem oleas, quas & finales præscribūt. Proin-  
dè. G. adsumpta. b. trites synéménōn loco .h. id est paraméses, primū & secundum  
tonos excipit. Idem facit & .a. mésē seruata .h. paraméses, loco .b. trites synéménōn  
Eadem. a. scilicet paramése, adsumpta. b. Tertium & Quartum tonos complectitur.  
Insuper & .c. hoc est trite diezeugménōn, omnium prima fidium constitutione ma-  
nente, Septimum & Octauum excipit.

*Fides initiarie tonorum.* Sed hæc de finalibus, utcunq; paucis, neq; pluribus de initiariis agendum erit.  
Initiariæ fides Primi toni in finalibus constituti, sunt. C. D. E. F. & a. quæ est mésē.  
Secundi toni sunt. A. C. D. E. & F. Tertiæ sunt E. F. G. & c. Quarti sunt. C. D. E.  
F. G. & a. Quinti sunt. F. G. a. & c. Sexti sunt. C. F. G. & a. Septimi sunt. G. a.  $\text{h}$ . c.  
& d. Octaui sunt. D. E. F. G. a. & c. Ex his autem & reliquas adfinalium initiales fa-  
cile perpendes.

*Tenores tonorum peculiares.* Sed neq; illud ignorandum est, unicuiq; tonorum suos peculiares quosdam te-  
nores esse, cuiusmodi sunt ii, quibus decantari solent in primis psalmi Dauidici, de-  
inde & ii, quos psalmos maiores uocant, qui tenores, singuli singulas suas sedes, &  
ceu initia, supra suas ipsorum, uel finales, uel adfinales, certis modis conlocatas ha-  
bent, uidelicet Primus modo dià pente, Secundus semiditono, Tertius semitonio  
cum dià pente, Quartus dià tessáron, Quintus dià pente, Sextus ditono, Septimus  
dià pente, & Octauus dià tessáron. Horum formulas aliquot troporum constituti-  
ones utcunq; referentes, infra subnotauimus.

*Affectus qui bus toni plerumque mouent.* Tametsi & hæc ipsa, quæ referimus, in præcepta digeri præsens institutum recu-  
set, uelim tamen ea præceptionum uice imbibant, fideliq; memoriae mandent pue-  
ri, ut q; haud uulgare illorū specimē olim præstituri sint, ædendo nimirū cantiones  
multigenis affectib⁹, interim elatis & arduis, interim humilibus, grauibus & uelut  
gemebundis, interim indignabundis ac insultantib⁹, nunc adulantibus, nunc mo-  
deste lasciuientibus, nunc mitibus, & quasi lachrimatibus, modo temerariis &  
audaculis, modo festiuiter ac decenter compositis, & id genus aliis modis auditorū  
mentes permoturi.

Sequuntur tonorum

## I O. EROSCHII

## SEQVNTVR TONORVM

formulæ Prædictæ

Reatura dei, Adam primus homo. Christus filius dei uerus, Adam  
 secundus. Primo genitus ex mortuis, resurrexit tercia die. Iesus ambulabat super  
 mare, noctis uigilia quarta. Homines quinque mille dominus, faciauit de quin-  
 que panibus. Ad imaginem suam Deus, fecit hominem die sexto. Ab uniuers-  
 itate opere suo Deus, requieuit septimo die. Resurgente Christo contigit nobis, Dei  
 iusticia die octauo.

## C A. X V. de notulis Musicis, lineis &amp; spatis earum:

Et nunc antequam de signis Musicis tractemus, patiaris me paulisper de notulis non nihil dicere quibus neglectis, consequens est, ut & ipsorum signorum fine atq; originem nescias, quin nec usus eorum, nec rato nisi circa illas ueretur,

Tametsi uero Musici recetiores, à ueterum notularum & ordine & discretione intercedentibus prime classis Authoribus, non sine totius rei literarie iactura nimis um uariarunt, mihi tamen conjectura fit, illos ab antiquitate hoc ipsum ab utrumque mutuatos esse, quod sicut ueteres per paginulas lineis erectis interpositas, no-

## M V S I C A

tulis uocum, literis nimirum græcanicis, uel utrinque refertas semitonias uel uacuas & ceu hiantes illas, tonos indicarunt subinde, ita & Neoterici lineis iacentibus & paginulis spaciiorum inter illas adparentium, fides Musicas intelligentes, conne<sup>ct</sup>endi modos designant. In lineis etenim iacentibus quinque, & earum spatiis, præ posita fidium è signatis una, quamlibet cantionem describunt.

Fides autem signatæ antiquitus iuuente sunt quatuor, nempe parhypate me-  
son, trite, synemenon, trite diezeugmenon & paranete hyperboleon, hoc est. F.b.  
c, & g, his recens adiecte cōnumerantur, F, &, dd, Quarū omnium una aut altera  
cantioni, uti perfertur, rite haec tenus obseruato præposita, reliqua fides alterna-  
tum per lineas & spacia distributas, facile est intelligere.

Nisi b. trites sy  
nemenon signe  
tur semper mi ca  
nitar.

Hoc loci etiam huius oportet esse admonitos, quod nisi. b. trites synemenon  
cantioni præposita, & designata fuerit. h. paranē sensim semper & ubique usurpari.

Rithmos


Malus

Rithmos & Me  
los una & eadem  
notula exprimi

Sed & notulæ Musice uoces nimirum representantes, quatenus spaciis & inter-  
uallis linearum, & ratione numerorum cōstant, geometrie pars sunt, siquidem eius  
modi est. Aulo Gelio teste, ipsa Canonice, id est regularis, ad aures quippe perti-  
nens, Quæ interim sybillarum quantitates, iuncturas, & modos ad principia Geo-  
metriæ aurium mensura examinat, ac μετρικὴ id est mensuraria dicitur, poetis &  
oratoribus obseruabilis. Interim & longitudines, & altitudines uocis emeritur.  
Longitudines quidem perdendens, πυθμος, id est modus, numerus aut ordo pe-  
dum dicitur,

Sed altitudines consyderans, μέλος id est modulatio cantionis appellatur  
Quamvis hæc satis liquet etiam ex iis, quæ de fidium harmonicarum ratione, ac  
earum per lineas & spacia probè per pensa distributione, connectendis modis di-  
cta sunt, illa uero longitudinem & mensuram motus cantionis obseruans huc loci  
reservata est, tamen utramque una eademq; notula, sed alio & alio modo, expri-  
mit atque designat.

Notularum autem species sunt septem, hic scilicet subnotate. Que si figuris hu-  
iusmodi singulis, & seorsim positis designentur, singula hæc infrascripta nomina  
obtinebunt.



Secus erit ubi aliae aliis cohaerent. Unde illud obseruandum, omnem notulæ  
in ligatura coherentem, aut quadratam, aut obliquam describi. deinde uel caudatam  
De notulis col esse, uel non caudatam, Deum aut primam aut ultimam, medium denominari  
ligatio. Tum hoc qui sequitur typo inspecto de quauis ligatura pronuntias

Sequitur nunc figura de Ligaturis.

## I O. F R O S C H I I.

|              |                   |  |  |
|--------------|-------------------|--|--|
|              |                   | adscendentem, semibreuis est, sicut & ipsi proxime co-hærens est, siue quadrata si ue obliqua fuerit, uelut hic uides. |  |
|              | habens caudā.     | descendentem, breuis est, siue quadrata siue obliqua fuerit, ut hic.   |  |
| Omnis prima  |                   | dextrorum uel adscendentem, uel de-scendentē, quadrata nimirū, longa est ut hic est cernere.                           |  |
|              | quadrata          | cuius immediate succedēs adscendit, breuis est, ut hic uidere licet.   |  |
|              | nō habēs cau-dam. | cuius immediate succe-dens descendit, longa est, ut hic.   |  |
|              |                   | obliqua est longa, utcunque succedens, uel adscendat, uel descendat, ut hic.   |  |
|              |                   | adscendens, breuis est, ut hic est cernere.  |  |
| Omnis ultima | non cau-data,     | descendens, longa est, ue-lut hic fit.   |  |
|              | quadra-ta.        | habens caudam uel adscendentem, uel descendentem, longa est, ut hic est cernere.                                       |  |
|              |                   | obliqua, utcunque habuerit, breuis est.  |  |

Media censemur, quæcunque inter primam & ultimam in ligatura continetur. Omnis igitur media: nisi, dextrorum cau-dam habuerit, breuis est, præter illā, quæ primæ semibreui immedia-te succedit. Hacte nus de no-tulis.

## MUSICÆ

## CAPUT XVI.

Designis & mensuris Musi-  
cis, quarum sunt  
signa.

Notularum m̄  
sura duplex.

Mēsura perfecta  
ternario metitur  
Imperfecta bina-  
rio.

Mēsura aut  
æqualis aut in-  
quals.

Mensuræ æquali-

tres species

Modus maior.  
Modus minor.

Modus maior  
perfe<sup>c</sup>tus.

Modus maior  
imperfectus.

Modus minor  
perfe<sup>c</sup>tus.

**I**A M uero signa Musica nobis auspicantibus, ad canonice illam, uocis nempè longitudinē, atque cantionis mensurā (cui⁹ sunt hæc signa) rediundum est, ubi & illud obseruandum uenit, quod huiusmodi mensura nostras uocum notulas bifariam emetitur. Minimam etenim & semiiminimam sola dualitate taxat: nam fusa, monadis instar, individua manet. Sed maximam, longam, breuem, & semibreuem, iam dualitate, iam ternario definit.

Dimensio autem dualitatis imperfecta censetur. Ea uero, quæ ternario fit, ceu quum tria corpus dimensione permensus, solidum atque perfectum dicitur, sic ipsa notulam ternis partibus & qualibus emetiens, perfecta quoque denominatur.

Neque uero ignores, quod his duab⁹ pfectio[n]is & imp[er]fectionis dimensionib⁹ positis, consequens est, & mensurā cantionis, modo & equalitatis, modo inæqualitatis pportionibus deferri. Etsi de huiusmodi dicturus omnes omnium aures forte nō impleuero, tamen quū de signis, ne Musicis inter se per omnia hodie conuenit, haud quisquam me notarit, si tibi meam sententiam ac rationem, qua signis interdum usus præsentibus, uel quasi per epistolam, non ē centonibus connexam, indicem.

Mensuræ autem & qualitatis tres sunt formæ, nempè modus, tempus, & prolatione. Hæc semibreues minimis, uel tardius, uel celerius ad tactum prolati, examinat. Tempus semibreuibus rite dispositis, breues perpendit. Modus ē breuibus longas, & ex iis maximas debite concinnatas supputat.

Modus autem non simpliciter accipitur. Est enim modus maior, maximas dimetiens. Est & modus minor, longas examinans. Vt que bifariam diuiditur.

In primis est modus maior perfectus, in quo maxima tribus longis mensuratur, cuius duplex signum est.

Primum extra cantum, & ab illius initio, signum, est circulus perfectus, & compleatus, adposita numeri ternarii figura, sic scilicet positus. O<sub>3</sub>. Aut circulus perfectus, alium, uel perfectum, uel imperfectum circulum, tempus nimirum designantem, in se continens, sic. O<sub>3</sub>. uel sic. C<sub>3</sub>. Quod si circulus interaneus, tempus designans, circulo, uel maiorem, uel minorem modum significanti, defuerit, tum quoque tempore ac prolatione imperfectis, & plerumque per diminutionem cantum ferri, apud Musicos receptum est.

Deinde in cantu, intrinsecus signum modi perfecti esse, aut trium maximarum denigrationem, aut pausam duplēm, sex occupantem spacia, cognoscas.

Præterea modus maior imperfectus est, in quo maxima duabus longis constituitur. Cuius signum est absentia figuræ ternarii numeri, circulo interea solum tempus significante.

Insuper est modus minor perfectus, in quo longa tribus breuibus æstimatur. Cuius

## I O. F R O S C H I I.

Cuius signum externum, & ab initio cantus, est circulus perfectus, adposita numeri binarii figura, sic scilicet positus. O.

Internum uero in cantu, est trium longarum denigratio, uel pauca tria occupans spacia.

Sed & modus minor imperfectus est, in quo longa duabus brevibus absoluuntur *Modus minor*. Cuius signum est, ubi figura numeri binarii à circulo absuerit, ipso tempus duntaxat significante.

Temporis præterea, breves semibreuibus dimetentis, duæ sunt species. Est *Tempus duplex* namque tempus perfectum, in quo brevis tribus semibreuibus aestimatur. Cuius *Tempus perfe* signum externum, est circulus perfectus, sic scilicet possitus. O. Internum uero, *dum.* aut trium brevium denigratio, aut duæ semibreues unius temporis pausæ, in uno spatio coniunctim posita.

Est quoque tempus imperfectum, in quo brevis duabus semibreuibus constat. Cuius signum est circulus imperfectus ante canticionem sic positus. C.

Nunc de prolatione cognituros illius admonitos uelim cuius cantionis suū esse modum, suum tempus, & suam prolationem. A proferendo autem dicta est prolatione, quia minimis iuxta ipsam, uel tardius, uel celerius, per diminutionē, aut alias ad tactum, istumue mēsure prolatis, primum semibreues, deinde breves, longas, & maximas, ac tandem tempora & modos distinguit, ac rationem huiusmodi metiendi, certamq; illarum quantitatēm præscribit.

Prolationis autē duo sunt genera. Primum est prolatione perfecta, in qua semibreuis *Prolatio duplex* tribus minimis constitutur. Plerique hanc & maiorem uocant prolationem. Sig- *est.* num illius externū, est punctū in medio circuli perfecti, uel imperfecti positū, sic sci *Prolatio perfe* licet. O. uel sic. C. Internum uero, denigratio trium semibreuum, aut duæ mi- *cta.* nimē pausæ in una prolatione & uno spacio coniunctim posita.

Hæc prolatione non recipit diminutionem, alioqui iam non esset prolatione, sed *Prolatio perfe* potius proportio, nemp̄ tripla, aut sesqualtera, quāmis utraque fit circa illam, *cta non recipit* non diminutione, sed in æ qualitatis proportione.

Altērum genus est prolatione imperfecta, in qua semibreuis duabus minimis ab- *Prolatio imper* soluitur. Cuius signum est absentia punti in circulo, sic. O. uel sic. C. posito. *fecta.*

Hec rursus in duas species diuiditur. Est enim prolatione imperfecta maior, in qua semibreuis tardiuscula profertur, id quod plerumq; fit ad unum tactum, qua *Prolatio imper* ratione demum breui, longe ac maxime, sive longitudinis mensuræ constabunt, *fecta maior.* Huius signum est erectæ lineæ à circulo perfecto, uel imperfecto, absentia, sic. O. uel sic. C. posito.

Est quoque prolatione imperfecta minor, in qua semibreuis celerius, & ceu per di- *Prolatio imper* minutionem, nemp̄ ad dimidium ictus profertur. Cuius signum est erectæ lineæ tractus, medius per circulum perfectum, uel imperfectum, sic. O. uel sic. C. di- ductus. Aut signum temporis imperfecti, ac prolationis imperfectæ, sic scilicet. O. iniuersum.

Hæc designis longitudinis, æ qualitatis proportione consideratæ sunt dicta, quæ lucidioris adspectus causa typo descripta subiecimus.

10. F R O S C H I I.

|                    |   |
|--------------------|---|
|                    | Perfecti .○3. uel .○. uel .○.   |
| Maioris            | Imperfecti, nimis est absentia numeri uel interioris circuli, sic scilicet .○.    |
| Signum modi        | Perfecti .○2.   |
| Minoris            | Imperfecti .○.  |
|                    | Perfecti .○. ubi uterque, & maior, & minor modus imperfectus.                     |
| Signum temporis    | Imperfecti .C. unde modum, & maiorem, & minorem, imperfectos colliges.            |
|                    | Perfectæ sic .○. uel sic .C. De utroque tempore, nedium de modo, ipse pronuncies. |
| Signum prolationis | Maioris, sic .○. uel sic .C.  |
|                    | Imperfectæ Minoris, uel per diminutionem, uel sic .Φ. uel sic .C. uel sic .D.     |

C A P V T X V I I I.

Designis proportionum  
inæqualitatis.

**P**OSTE Aquam de mensura æqualitatis proportione *plata* diximus, reliquū est, ut simili breuitate eam, quæ inæqualitatis proportione perfatur, perstringamus, atq; ut id præstems, quædam eorum repetemus, quæ supra in medium sunt adlata.

Primum oportet meminisse sex tantum (autore Macrobio) numeros esse, qui musicam confiant, nempè duplum, sesquialterum, triplum, sesquitertium, quadruplum, & sesquioctauum, quorum postremus quidē, in numero solidarum symphoniarum non est.

Deinde quod sicut sesquioctauus solidam symphoniam non conficit, ita nec mensuram inæqualitatis proportione in longitudine habentem præbet, quam sensus audiendi certo uel adprehendere, uel Geometrica ratione iudicare possit. Neque enim qualibet proportione mensura constat, uel quæq; symphonia nascitur, quia nō eadem est proportionalitas Geometrica, quæ Musica.

Proinde longitudinem unius notulæ, ad longitudinem aliarum duarū, trium uel qua-

Mensura non  
qualibet propor-  
tione, qua conso-  
nantia constat.

## M V S I C A

uel quatuor, aut etiam duarum ad trium, uel trium ad quatuor, inter se compara-  
ratam, auris quidem facile iuxta temporis uel prolationis tactum examinat, ac ra-  
tioni diuidicandam & explorandam aduertit, id quod in sesquioctaua ob ueloci-  
tatem, & incertitudinem differentia, facere non potest, præter imaginariam ani-  
maduersionem.

Proportiones igitur inæqualitatis, quibus mensura Musica constat, quinque  
sunt, uidelicet dupla, tripla, quadrupla, sesquialtera, & sesquitertia. Generis mul-  
tiplicis sunt priores tres, sed generis superparticularis posteriores duæ, triplæ  
proportioni oppositæ.

Dupla & quadrupla in solo feré tempore imperfecto constituuntur, id que prola-  
tione imperfecta, hic scilicet in uno signo, & ceu uocum ordine, ipsa prolatione ma-  
iore, illic uero in altero signo, minore existente. Quia sane constitutione non ra-  
ro dupla fit, absque numerorum adsignatione. Sed quadrupla nunquam non  
præsignatis numeris inuenitur.

Et ut planius dicamus. Proportio dupla hoc loci est, quum in tempore imper-  
fecto prolatione minori & imperfecta, duæ semibreues, aut earum valor, unius se-  
mibreuis mensuræ respondent. Hæc si maiore prolatione pronuncietur, non erit  
illis duplo habentibus, necesse numerum adsignare. Proinde huiusmodi pportio  
nonnunquam in tempore perfecto fit, & inter minimas denigratas, absque numero  
rum adsignatione. Quod si utrobique tempore scilicet imperfecto, maior prolatione  
fuerit, signo illius ordinis, cuius notulae duplari habitudine constare debent, nu-  
merus binarius adiiciatur, sic scilicet .C 2. uel melius unitate subiecta sic .C 2.

Quadrupla est, quum in tempore imperfecto, & prolatione imperfecta quidē,  
sed maiore, semibreues quatuor, semibreuis unius mensuræ respondent. Cuius sig-  
num, est numeri quaternarii ad ipsius temporis signum adiectio, unitate illi sub-  
posita, sic scilicet .C 8.

Quisquis modo rem ipsam pœnitius intueatur, inueniet has duas, duplam ni-  
mirum & quadruplam proportiones notularum esse imaginarias uerius quam Proportiones  
Geometricas sive mensurarias. Nam eusmodi mensuræ ac motus inæqualitatem, dupla & qua-  
& differentiam auris quam exigua, aut potius nullam percipit, id quod pro  
meo quidem captu, sed pace aliorum dixerim.

Tres reliqua proportiones, et si nō sunt eiusdem generis, tamen earum habitudines &  
mensuræ ita constitutæ sunt, ut quæ sint continuæ, aliaq[ue] inuicem alii respondeant.

Iā & multiplicitatæ ab unitate manatis augmenta, supparticularitatis à binario  
incipientis diminutioni, authore Boætio, respondent. Porro quū non possit esse De reliquo tri-  
duplum præter dimidium, nec triplum præter tertiam partem, hinc est, ut ternari-  
us, qui ad unitatatem comparat⁹, primus tripl⁹ est, ad binariū fit prim⁹ quoq[ue] sesqui  
alter, & quaterhari⁹, qui primus quadrupl⁹, fit primus sesquitertiarius. Itaq[ue] triplus ses-  
quialtero, & quadruplus sesquitercio rite opponitur. Differentias autem, qua proportiones  
huiusmodi differunt, neimē unitatē & binariū, auris Geometrica ratioē ad  
tactum potest explorare, non item alias aliarum proportionum differentias.

Tripla igitur proportio est, ubi tres semibreues uni semibreui, aut tres minime Proportio tri-  
pla.

## M V S I C A

uni minimæ in mensura & longitudine respondent. Vt rū que in tempore, tum perfecto, tum imperfecto, sed hoc posterius in prolatione feré maiori, illud uero prius in minori contingit. Signum  $\phi_3$ . huius proportionis, est numerus ternarius habens unitatem subpositam, sic.  $\phi_1$ . uel sic.  $\phi_2$ .

Proportio sef  
qnialtera.

Sesquialtera triplæ respondens, est ubi tres semibreues, duarum semibreuum, aut tres minimæ, duarum minimarum longitudini proferendo comparantur. Vt rū que in utroque sit tempore, sed hoc in prolatione maior, illud autem in minori. Signum huius, est numerus ternarius, habens binarium sibi subpositum, sic.  $\phi_2$ . uel sic.  $\phi_3$ .


Iam licet absque numeris & utraque illarum proportionū cognoscere, idq; int<sup>9</sup> in cantu, denigratione nimirū breuum, aut semibreuiū, modo trium, modo pluriū, nonnunquam notularū cunctarū. Deinde binis pauis, nunc semibreuibus unus temporis, nunc minimis unius prolationis, in uno spacioconiunctim positis.

Hoc loci palam quoque sit, parum quadrare, id quod à plerisq; iactatur, nempe prolationem esse maiorem illic, ubi tres minimæ, aut unius, aut duarum minimarum, longitudini respondent: quamuis enim in prolatione maior huiusmodi obueniat, tamen éatenus prolatione nec maior est, neque perfecta, sed uerius proportio, uel tripla, uel sesquialtera.

Proportio sef  
quitertia.

Proportio sesquitertia, est ubi quatuor unius uocum ordinis semibreues, aut minimæ, trium alterius uocu ordinis, siue semibreuiū, siue minimarū longitudini respondent: id quod in tempore imperfecto & prolatione imperfecta, sed maior, duntaxat obuenit, Cuius signa sunt alternis ordinibus sic posita.  $C\frac{3}{2}$ .  $C\frac{2}{3}$ .

Hactenus de proportionibus mensurarum, & earundem signis, quorum typum quoque more hactenus obseruato adiecimus.



I O. F R O S C H I I ,  
C A P V T X V I I I .  
De punctis & pausis, ac tum de perfectione, &  
imperfectione, & alteratione  
notularum.

**O**VID signa possint in notulas expositum est. Nunc quid illas perfectas aut imperfectas reddat accipito. Sed antequam illud praestemus, opera pre cium fuerit, cum de punctis, tum de pausis, quibus ut frequenter alterum eorum cuenit, non nihil prælibare.

Punctū autē hoc loci trifariā diuidit. Aliud enim est punctū diuisionis, modos Punctum tri quippe, tépora, & plationes distinguens, atq; diuidens, & alterationē impediens. plex diuisionis  
alterationis per  
Aliud est alterationis, ut quod notula alteratam, id est, ualore duplo auctā defiginet: utrūque in signis dumtaxat perfectis ponitur, sed neutrum canitur.

Tertium est perfectionis, quod & additionis dicitur, siquidem notulae, cui additum, alioquin imperfectae, suum ipsius dimidium addit, eamq; ueluti perficit, & canendo exprimitur.

Cæternm pausa, taciturnitas est, longitudine ac mensura temporis, quo reticimus emensa. Est enim silentii modus pausa, perinde ac rythmos uocis.

Vnde primum obserues, pausam omnium omnia linearum occupantē spacia, generalē dici, & ppriè pausam nō esse, cuiusmodi signari solet in fine cantionum.

Deinde notandum illud, quod tot breues quæque pausa ualeat, quot integra spacia compleat, ut si tria spacia contineat, tres breues facit, id quod fit, & in maiore, & in minore modo, sed utroque perfecto: si duo spacia, duas breues, singula si quidem spacia obtinentes, singulis breuibus estimantur.

Pausa uero spaciū dimidium obtinens, si deorsum spectauerit semibreuem æquabit, si sursum adscenderit, minimam æquiparat. Quod si dextrosum uncinum habuerit, semiminimam ualebit.

His premisis de imperfectione dispiciamus, illud præcipuum admonentes, quod notula perfecta, hoc est ternario dimensa, uel per notulam, uel per pausam, se minorem, modo sequentem, modo antecedentē, imperfecta redditur, ac sua ipsius tertia parte diminuitur.

Quod quidem planius, & ad hunc modum efferendum est, quoties in modo maiori perfecto, duæ longæ inter duas maximas, uel in modo minori perfecto, duæ breues inter duas longas, uel in tempore perfecto, duæ semibreues inter duas breues, uel in prolatione perfecta, duæ minimæ inter duas semibreues, conlocantur, punto diuisionis inter duas inclusas mediante, toties prior includens, per priorem interclusam sequentem, & posterior includentium, per secundam sese præcedentem inclusam, imperfectur, ac demum distinguente punto, cum imperficiente sese notula, mensuram perfectam adimpleret.

Quod si punctum diuisionis nō illic mediariet, utraque includentiū perfecta censetur, & secunda interclusa alteratur, hoc est seipsam ualore bis referet, punctoq; uenient alterationis notanda,

Idem fiet

## M V S I C A

Idem fiet, si loco prioris inclusarum, pausam eius ualoris conloces. Alteratur enim notula, manetq; includens ultraquē perfecta, nisi pausam sequatur punctum alterationem impediens.

Sed si loco posterioris inclusæ, pausa locetur, prior includens, per notulam se sequentem, & posterior per pausam precedentem imperficitur. Non enim recipit pausa, neque alterationem, neque imperfectionem.

Item si omnes, & includentes, & inclusæ denigrentur, id est perinde atq; si punctum, ut dictum est, mediaret,

Vbi uero tres inclusæ unius speciei, inter duas eiusmodi includentes, sine punto diuisionis inseruntur, utraque includentium perfecta manet.

Sed si post primam inclusam diuisionis punctum ponitur, prior includentium imperficitur, tertia uero inclusarum alteratur, posteriore includentium perfecta manente.

Si uero post secundam inclusam punctum ponitur, prima includentium erit perfecta, secunda uero inclusarum alterabitur, sed ultima includentium, per praecedentem inclusam imperficietur.

Iam uero, ubi plures tribus, inclusæ fuerint, perfectionis rationem ita habeas, & obserues, ut modum à modo, tempus à tempore, & prolationem à prolatione, singillatim, & ceu per articulos, uel punctis, uel clausulis, oportune distinguis.

Tandem & huius te uelim admonitum, uoce includentium, notulas ipsas perfectas, ac ternario emetitas. At nomine inclusarum eas, quibus ter sumptis huiusmodi notulae perfectæ absoluuntur, significare me uoluissse. Alioqui notula perfecta, per se minorem è uestigio succendentem, uel notulam, uel pausam, solitario, & seorsum positam, imperficitur, ac suæipsis tertiae partis diminutionem accipit.

Porrò quum in tempore perfecto notulam breuem, duæ semibreues pausæ, in uno spacio coniunctim positæ, aut in prolatione perfecta notulam semibreuem, duæ minimæ pausæ consimiliter coniunctim locatae, immediate sequuntur, huiusmodi, uel breuis, uel semibreuis notula, perfecta manebit, pausis aliorum, siue in tempus, siue in prolationem utcunque segregatis.

Super hæc & notula perfecta per denigrationem imperficitur, ac tertiae partis diminutionem recipit.

In tempore quoque imperfecto, & prolatione imperfecta, breuis ac semibreuis, denigratione, suæ quartæ partis diminutionem accipiunt, non item fit in aliis signis.

Quod super est, de perfectione quoque dicendum est, siquidem omnis notula quoquo modo imperfecta, punto sibi adiecto, dimidium sui ualoris accipit.

Id quod in omnibus signis receptum est. Vnde huiusmodi punctum in signis perfectis, perfectionis punctum, & in signis imperfectis, additionis plerique adpellant, nempe quod illic notulam alioquin imperfectam addito illi suoipsis dimidio, ternario mensurabilem, & ceu perfectam reddat, hic uero, ubi solius dualitatis habetur ratio, tantu addat, nec quicquam perficiat. Vtrum perfacerit, an addiderit, nihil labores, tantundem sit dummodo punctu huiusmodi canendo exprimitur.

Hud

De perfectione  
notarum & ceu  
additione.

## IO. F R O S C H I I

Illud haud quaquam prætereundum est, quæcūque hoc loci de perfectione & imperfectione notularum, in signis perfectis & qualitatis, dicta sunt, eadem esse in proportione tripla, & illius oppositis, sesquialtera, & sesquitertia obseruanda.

## C A P. X I X , de ratione componendi, ut

uocant, & condendis cantionibus.

Huc pertinebit & gnomonem normatum, ac uelut ince rnicula quædam adiaceat, quibus effingendarum cantionum discussa facultas parari possit, id quod præceptionibus quibusdam haud adroganter, sed tua solius causa datis, quo tibi meas cogitationes adperiam, tandem sum præstaturus.

Primum igitur obserues, ut ne longioribus æquo interiuallis, connectendi modos disponas, sed arctioribus, quibus fieri potest, limitibus, & pomeriis, per omnia uocum discrimina, iuxta tonorum metas supra retensitas præstituas, Id quod fiet, ubi cantiones, tonos autentos imitantes, ac referentes, cōnectendi modis maioribus: quod licet, ac expedit, composite promulgabuntur, Non item in plagalibus tonis, iisdem modis, sed minoribns uti conueniet.

His probe animaduersis, & illud præstare cures, ut quæcūq; uocum discrimina, & in principio, & in fine cantionis perfectis consonantiis disposita sint, etiam si nō uuo temporis istu exorsa, sed per mimēsim, & imitationem, & cœu (ut uocant) fungam iterata, & prolata fuerint.

Deinde data opera cauendum est, ut ne due perfectæ consonantiae, siue duo perfecti cōnectendi modi, eiusdem speciei, & qualis proportionis, ac differentiæ haud differentium quoq; terminorū, in cantione, binario, uel ternario, aut quoq; queque uocum discriminè ædita, mutuo se succedant, nisi aliquot imperfecte, aut etiā perfectæ: sed differentium specierum, intercesserint.

Et quo dicam illud rudius. Quinta in una uoce posita, per tonum, uel adscendente, uel descendente, quintā in altera, itidem uel adscendētem, uel descendētem, ne posueris, quin potius ante in aliquot imperfectas, ueluti tertias, uel sextas aut aliam diuerte specie perfectam, puta octauam uariaueris.

Nam specificam illam, nimiamq; identitatem consonantiarum, auris iudiciū, & ipsa natura, in primis uarietate delectata, fastidit ac respuit: quā alioqui, ob decorum uniuersitatis rerum, uariatam maxime cupit, probat, & accipit, Quamuis huiusmodi a plerisq; primi nominis inter recentiores, positas inuenias, tu tamen id haud temere usurpes, quandoquidem aliorum exempla confyderare potius, quam ad aliorum exemplum fingere licet.

Vetum hac in parte indulgentior sum ego quibusdam aliis: qui superstitionis morosuli sunt in hoc, ne Sextæ plures, sextis succedāt, id quod ego non modo nō moror, sed & magis adprobo, dummodo ima uox, ad medianum unam, habeat in dià pente, uel tertia. Tum preterea summa habebit ad imam, uel in decima, uel in dià pason.

Porro curandum est illud, quod sicut uocum discrimina, & in principio, & in fine, perfectis consonantiis sunt disposita, ita q̄sepiissime perfectis interea consonantiis connectendo incidentes, obueniant, modo aliis consonantiis, differentiū spe-

ut supra e. 14.

In quibus consonantiis cantus inchoetur

Duae p. secundæ consonantiae sequi non possunt

Causa, quare se perfectæ consonantiae succedere non possunt.

De uocum commissura in media canticis.

ceterum

## IO. F R O S C H I I .

cierum, perfectis uel imperfectis, mediis cōmittantur, ratione infra sequenti. Nam ternæ uoces frequenter dupla, sesquialtera, & sesquitertia proportionibus habeat hoc est, octaua, quinta & quarta conueniant. Quaternæ, octaua, quinta, quarta, & quintadecima. Senariæ uero uoces, octaua, quinta, quarta, decima, duodecima & quintadecima disponantur.

Cæterum quibus cōsonantiis mediis, & uelut ansulis perfectæ, perfectis eo quo dictum est modo, cōmittende fuerint, ex iis, que supra cap. 7. ē Macrobio prolatæ sunt, colligi potest: quem idmodum enim hiantia inter duplos & triplos, spacia, insertis partibus impleantur, binis medietatibus singula spacia colligantibus, indeq; hemiolii, epitriti, & epogdoi, climata nascatur, hoc loci pro instituti ratione, non tam uerbis explicare, quam oculis subiicere, atq; auribus explorare licet: id quod ex parte quidem bifariam demonstrandum, infra proponere conabimur.

Supra Cap. 7.  
Macrobi. 2. c. 2.

De commissura  
syncopata.

Tritonos & au-  
ris & ratio ab  
hort.

Empedocles.  
Aristot de gene-  
ratione & corru-  
ptione. 2.

De commissura  
simplici.

Cantus pausis  
debite distin-  
guatur.

Primum fit hæc cōmissura, syncopata, & ( ut ita loquar ) concisa synæresi notularum. Ea nempe inter cōmitedum sic conciditur, ut partim in sesquiotaus, aut limata, duriusculum quidpiam sonando, partim in sesquialteros, sesquitertos, ditonus, semiditonos, aut sextas. Imo etiā in tritonos, quos auris alioqui & ratio Musica abhorret, ante cōmissuram deflectat, unde continuo in solidas illas & perfectas consonantias, nempe οὐαὶ πέντε, οὐαὶ πασῶν, οὐαὶ πασῶν cum οὐαὶ πέντε & οὐαὶ πασῶν cōmittit, ac desinit. Id quod iuxta Empedoclis sententiam, instar mundanæ fabricæ ex lice amicitiaq; constantis, factum, & auris percipit, & ratio ad probat.

Huiusmodi autem cōmissuræ concise, plerūq; in cantionibus prolixioribus, & festiuiter lasciuiendo grauescentibus obueniunt, ubi in uoce lasciuiente ipsæ poterunt licentiosius usurpari.

Secundo fit eiusmodi cōmissura, tersæ consonantiarum mundicie, siue simplificis ( ut uocant ) contrapuncti, nihil ab omni parte duri, aut inamoeni habētis, observatione, ubi cōsonantiis synceriter & cum iudicio utendum erit. Cuiusmodi sit exempli uice dictum: Ima nimirū uox, ad mediaturum unam, in οὐαὶ πέντε quidem, ad alteram uero in οὐαὶ πασῶν habens, ante cōmissuram iam recensitis consonantiis mediantibus cōmittat, suprema interim in decim a constituta.

Horum autem experiundorum gratia, subiiciemus aliquot exempla, binis cantibus, uno quatuor, & altero sex uocum subpositis. Vbi uero illis cantibus, huiusmodi applicantur exempla, numeris illud utrobiq; adpositis indicabimus, quemadmodum sequitur.

Iam uero & illud obserues, ut in singulis uocibus post debitam aliquot temporum durationem, cantionis continuationem aliquanta requie, ac pauca secessus, qua sane iuxta carminis rationem, & formam aliquantis per interposita, cantus distinguatur, & uelut in membra, & articulos dividatur, quo canentes etiam respirare, anhelitumq; recipere possint.

Illud etiam cōmemorare licet, hæc omnia exemplis, & imitatione haud infeliciter adsequeris. Quo uero maiore cum fructu, beatiorem illorum copiam pares, quāplurimi

I O. F R O S C H I I.

quā plurimi tibi Authores: iique selecti, neque in amēnāe auris, reuifendi sunt. Ex quibus cōmissuras quod optimas, etiam ad aliquot tempora selegas, & in cōgeriem digerat, ut si quādō tibi uenerit illorū usus, tum in promptu habeas, quod similiter tuis modis adhibeas, & in tempore, tuo cantui inseras. Nec facile quicquam reiiciendum, quod non alicubi optimum, & ob uarietatem natura gratam, iucundum & amēnum sit futurum. Neque id uicio datum iri pertimescas, facilius enim est, Maronis uerbo, clauam extorquere Herculi, quod ea fulta tentare. Huiusmodi autē imitationes æmulo tibi exercitium & usum conciliabunt, ansamque inueniendi alia, ul tro, citroque præbebunt, quibus in hac disciplina non medio citer adiuuabere.

Sed & mimæsis, aut si mauis fugæ adipiscendæ exercitationem, non tam imitando alios, quod fingendo tecum ipse decertans parabis, sed quoad fieri potest, quæcunque iuxta Nicomachi rationem supra recensitam disponas.

In omnibus autem amēnitati, & quoad fieri potest, suavitati studeas, nec quicquam asperum uel austерum admittas, præter eiusmodi rationem,

Predictorū uero de commissuris exempla sunt. Primo ad quatuor, deinde ad sex uoces, formulæ sequentes.

E X E M P L A

E

Discantus

Exempla

Discantus

Exempla

Tenor.

I      II

III      III      aliud      V

VI      aliud      VII      aliud

VIII      IX      aliud      X

I      Aliud      II

III      III      Aliud      V

VI      Aliud      VII      Aliud

VIII      IX      Aliud      X

## Exempla quatuor uocum.

Akus.

A musical score for the Alto (Akus.) part, featuring five staves of music. The staves are divided into sections by Roman numerals: I, altud, II, III, IIII, aliud, V, VI, aliud, VIII, aliud, VIII, IX, aliud, X. The music consists of vertical stems with small horizontal dashes, typical of early printed music notation.

Bassus.

A musical score for the Bass (Bassus) part, featuring five staves of music. The staves are divided into sections by Roman numerals: I, aliud, II, III, III, aliud, V, VI, aliud, VII, aliud, VIII, IX, aliud, X. The notation is identical to the Alto part, using vertical stems with small horizontal dashes.

Prima huius cantus pars.

Discantus

The musical score consists of two parts: Discantus (top) and Tenor (bottom). Both parts are written in common time (indicated by 'C') and feature four-line staves with vertical bar lines. The Discantus part begins with a melodic line consisting of eighth and sixteenth note pairs. The lyrics are: "Qui de terra est, de terra loquitur, ij." The Tenor part begins with a similar melodic line. The lyrics for both parts continue: "loquitur, qui de celo ue nit su per omnes est, ij. et quod uidit et audi uit, hoc testatur, tur, ij." The Tenor part concludes with the lyrics: "Tenor. Qui de terra est, de terra loquitur, ij. quid de celo ue nit, super omnes est, ij. nes est, & quod ui dit & audiuit, hoc testatur, ij." Roman numerals I, II, and III are placed under certain notes in the Tenor part to indicate specific performance techniques or measures.

## Quatuor vocum.

Altus.

Qui de terra est, in.  
de ter ra loquitur, qui de celo ue nit in.  
super omnes est, & quod  
uidit & audi uit, hoc testa tur.  
hoc testatur. ii.

Bassus.

Qui de terra est, de terra loqui tur, qui de celo uenit i.  
ii. super omnes est, & quod ui  
dit & audi uit hoc testa tur. ii.

E. fin

**Altera pars,**

**Discantus,**

Et testimonium eius nemo nemo ac cipit ij.

qui autem acce perit, ei us testimonium  
III V

signa uit ij. quia

VI VII IX

deus ij. uerax

est. X IX

Tenor

Et testimonium ei us ii, eius

ne mo accipit, qui autem acce III pe

rit, ei us testimo nium VI si gna uit, qui a

V VII

deus ue rax est. IX X

## Quatuor uocum.

Altus.

Ex testimonium ei us ij. nes  
mo nemo accipit ij. qui autem ac ce  
III pe rit, ei us testimonium sig nāuit ij.  
ij. sig na uit, quia De us  
VI ue raxest, ij. IX X

Bassus.

Et testimonium ei us ne mo accipit, qui autem ac  
ce pe rit, ei us testimonium si  
III V  
gna uit, quia De us ueraxest. ij. IX X V

Exempla  
Discantus.



Contratenor.



Tenor.



## Sex uocum.

Altus,

Musical score for Altus, featuring three staves of music. The first staff consists of measures I, II, and III. The second staff consists of measures IV, V, and VI. The third staff consists of measures VII, VIII, and ends with a repeat sign and a bass clef. The music is written in common time with various note heads and stems.

Contrabassus,

Musical score for Contrabassus, featuring two staves of music. The first staff consists of measures I, II, III, IV, and V. The second staff consists of measure VI. The music is written in common time with various note heads and stems.

Bassus,

Musical score for Bassus, featuring two staves of music. The first staff consists of measures I, II, and III. The second staff consists of measures III, V, and VI. The music is written in common time with various note heads and stems.

F

Exempla


Discantus,



Contratenor.




Tnore



Sequitur huiusmodi exemplorum  
in cantu applicatio.

Sexuocum.

Altus.



Contrabassus.



Bassus.



Sequitur huiusmodi exemplorum  
in cantu applicatio.


F ♩

Discantus



Exempla



Contratenor.



Tenor.



## Sexuocum.

Altus.

O<sub>2</sub>

Nesciens mater ij.  
nesciens mater, ij.  
virgo ui rum, pe perit ij.  
virgo ui rum, peperit

Contrabassus.

O<sub>2</sub>

Nesciens ma ter ij.  
virgo ui rum, pepe rit ij.  
virgo ui rum, peperit

Bassus.

Exempla

Discantus.

Musical score for the Discantus part, featuring three staves of music. The first staff begins with a fermata over a note, followed by 'rit' (ritardando), 'sine dolo', 're', and 'ñ.' (indicated by a small circle). The second staff begins with 'saluato', followed by 'rem seculo', 'rum', and 'ñ.' (indicated by a small circle). The third staff begins with 'seculorum.'

Contratenor.

Musical score for the Contratenor part, featuring three staves of music. The first staff begins with 'sine dolore,' followed by 'ñ.' (indicated by a small circle). The second staff begins with 'sine dolore saluatorem,' followed by 'ñ.' (indicated by a small circle). The third staff begins with 'lo' (indicated by a small circle) and 'rum.'

Tenor.

Musical score for the Tenor part, featuring two staves of music. The first staff begins with 'si ne', followed by 'III', 'dolo', 're', 'salua to', 'rem seculo', and 'ñ.' (indicated by a small circle). The second staff begins with 'rum.'

Sex uocum;

Altus.


rit sinedo lo re ñ.  
III  
saluatorem  
VI  
VII seculo

Contrabassus.

ne do lo re salua torem secu lo  
III V VI  
rum, ipsum  
VII  
Bassus.  
sine dolo re ñ.  
III V  
salua to rem secu lorum ñ.  
VI VII

## Exempla

Discantus



## Sexuocum.

Altus.

rum, ipsum regem ange lo rum, sola uirgo lacta  
bat ubere decelo pleno, ij.

VIII

Contrabassus,

ubere de celo ij. ple no.

IX

Bassus.

ubere de ce lo pleno. ipsum regem angelo rum, sola uirgo lacra  
bat ubere de celo ij.

VIII IX

VIII

ubere de celo pleno.

IX

Tandem quo memet ex huius negotii labyrintho excutiam, summatam: ut aiūt:  
manum additurus sum. Iam enim cursu fatigatus, lampada tradō magis integris:  
qui munus eiusmodi gerendum in se recipiant, periculum, inter euoluendum Au-  
thores ueteres: quicūq; de Musica scripsérūt, facturi & experturi, num quicquā eorū  
que minutatim hoc loci sunt proposita, secus apud illos, atq; hic habeat. Quod si  
quis aliam de me concœperit expectationē, cui forte non respondeā, nec talis fue-  
rim, qualem ille uellet, is non æditi libelli, sed animi potius meipius rationem  
habeat, ut qui officio meo in rem puerorū, haud sine cortice cōculendo, pro mea  
tenuitate non defuerim. Neq; opus erit pluribus hæc agere, aut uino uenibili he-  
deram prætendere, merx enim proba emptorem facilē reperiet. Interim nihil mo-  
ror & eos, qui Musicam suffragio mordent, ac tetricē superciliosi, quasi exosam  
habent, dummodo cunctorum calculis, tum pium, tum honestū sit minutissima  
quæq;, proximi causa, munia subire, neq; ulla functio detractanda, modo pio ac  
fidiли animo eam administres, etiam si uel haustum aquæ frigidæ p̄ebeas, uel ru-  
dera conuerras. Ade quod illam sancti patres, & prophetæ coluerunt, id quod  
& ueteris instrumenti continent historiae, & Hebreorum attestantur cōmentarii.

Insuper & A postolicae literæ ad laudes & gratiarum actiones Deo, canti-  
onibus Musicis in corde distandas, monent & hortantur. Quamob-  
rem ne præter modum indecorum fuerit, me nō nihil de Mu-  
sica sobrie attigisse, atq; hanc minutiarum congeriem  
obiter & in transcurso digessisse, nempe officii ui-  
ce, per me oblatam floride iuuentuti, quā  
bonis institutis & literis pergere, ac  
honestis studiis auspice Deo  
illustrari exopto.

F I N I S.

A R G E N T O R A T I A P V D P E T R U M

Schœffer & Mathiam Apiarium. Anno Salutis

M. D. XXXV.